

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italianam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7 $\frac{1}{2}$.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN ITALIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21. LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN BELGICA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LUGDUNI
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52. Rue Victor Hugo, 5

IN ANGLIA

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. LIBRAIRIE VIC ET AMAT
LONDON W. — 28, Orchard Street.

IN GALLIA

LUTETIAE PARISIORUM
Rue Cassette, II.

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTENT.**

Apud COMMISSARIAT OF THE HOLY LAND.
NEW YORK, 143 w. 95th St.

**IN CANADA
ET NEWFOUNDLAND**

NEW YORK (U. S. Americ.), 143 w. 95th St.

IN HUNGARIA

Apud C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE
Rue de Metz, 41. BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

RERUM INDEX

| | | | | | | | |
|-------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|---------------------|
| MONITUM | | | | | | | v. u. |
| DE SOCIALISMO APUD DANOS | | | | | | | F. Codanius. |
| PRO MORTUIS... | | | | | | | Senior. |
| ALVERNA MONS. | | | | | | | A. Crivelli. |
| DE SANCTO AUGUSTINO DOCTORE OB RELIQUIAS EIUS E. TEMPLO MAXIMO IN AEDEM PETRI AP. PAPIENSEM A CAELO AUREO RESTITUTAS | | | | | | | LEO PP. XIII. |
| ROMANI FORI EFFOSIONES NOVISSIMAE | | | | | | | Romanus. |
| POPULARIUM ORATORUM AEDES LONDINI | | | | | | | Forfex. |
| CUINAM URBS INCENDIUM TRIBUENDUM QUOD NERONIANUM DICITUR | | | | | | | G. P. |
| HORAE SUBSECIVAE — Pompeianae vallis mnemosynon | | | | | | | I. Broja S. I. |
| PEREGRINATIONS IN ARCTON | | | | | | | P. Alex M. Rovitti. |
| VITA FUNCTI VIRI CLARIORES | | | | | | | I. F. |
| COMMUNIA VITAE — Vinea, vindemiae, et quae propter | | | | | | | H. D. V. Pieralice. |
| ANNALES | | | | | | | Poplicola. |
| PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS | | | | | | | Scriba. |
| AENIGMA | | | | | | | A. Bartoli. |

In tercia operculi pagina:

| | | | | | | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|-------|-------|-------|-------|-------|-------|----------|
| PER ORBEM | | | | | | | Viator. |
| VARIA: Papilionum collegium — « The » ubi post Sinenses primum in usu — Chartaceae domus — Microbi in atramento — Ioci | | | | | | | P. d. V. |

ROMAE
EX OFFICINA FORZANI ET SOCII
M DCCCC

LIBRI ET COMMENTARI RECENS DONO ACCEPTI

Vita del giovinetto Alessandro Fedele Baldissera Gemonese... scritta dal P. PIERPAOLO BARBIERI d. C. di G. - Utini iterum ed. officina D. Del Bianco, 1900.
 Atti della Regia Accademia Cosentina - Vol XIII.
 Bollettino trimestrale della Società di S. Giovanni Evangelista, Desclée, Lefebvre e C. - Tornaci.
 Strenna delle Missioni Cattoliche per l'anno 1901... - Mediolani, ex off. S. Ioseph, 1900.
 LUISA ANZOLETTI. VIII Agosto MCM - Florentiae, ed comment. cui titulus *La Rassegna Nazionale*, 1900.
 LUISA ANZOLETTI. Eugenio Di Bisogno - Florentiae, ed comment. cui titulus *La Rassegna Nazionale*, 1900.

L'amico della giovinezza. Singulis hebdomadis prodit Veronae.

Atene e Roma. Commentarius cura Italae Societatis ad litterarum studia vulganda editus Florentiae-Romae.

Index rerum an. III, n. 21: La persecuzione neronica dei Cristiani (*I. A. Coen*) - Di Epicarmo e dei suoi rapporti con Lucrezio (*C. Pascal*) - Ifigenia (*M. Fucci*) - « Donec gratius eram tibi » (*P. E. Pavolini*) - Notizie ed appunti.

L'Ateneo. De litteris et bonis artibus commentarius. Singulis hebdomadis prodit Florentiae.

Atti dell'Accademia Properziana del Subasio. Assisi.

Bollettino del museo civico di Padova.

Conventus alter de Archaeologia Christiana Romae habendus. Commentarius authenticus. (N. 5).

Cosmos Catholicus. Commentarius menstruus. Romae.

La Croce. Singulis hebdomadis prodit Neapolitano.

Divus Thomas. Commentarius inservens Academias et Lyceis scholasticam doctrinam sectantibus. Placentiae.

Emporium. Recensio menstrua litterarum et artium. Bergomi.

Index rerum fasciculi mense Septembri 1900 editi: Rappresentazioni sacre: La Passione di Cristo a Oberammergau (*G. Sacerdoti*) - La lotta di due civiltà (*G. Ricchieri*) - Il Museo Poldi-Pezzoli in Milano (*A. Melani*) - Luoghi romiti: Adernò (*G. ed A. Paternò Castello*) - L'Esposizione mondiale di Parigi (*) - Miscellanea - Necrologio - In Biblioteca.

Ephemerides Liturgicae. Singulis mensibus Romae prodeunt cura Congr. Vincentianae.

Giornale Arcadico di scienze, lettere ed arti. Romae.

Index rerum fasc. mense Octobri editi: Dante Francescano e Terziario Francescano (*Mons. A. Bartolini*) - I viaggi al Polo Nord (*Cav. prof. V. Prinzivalle*) - Impressioni d'Assisi (*G. Angelini*) - Nel gran deserto americano (*Dott. U. Mioni*) - Padre Vincenzo Vannutelli (*Mons. A. Bartolini*) - Di alcuni monumenti antichi (*Comm. prof. O. Marucchi*) - Rivista della Stampa - Cronaca di Arcadia - Notizie varie.

La Madonna dei bambini. Catinae.

Il Marzocco. De litteris et artibus commentarius. Florentiae.

Minerva. Recensionum recensio, moderatore Friderico Garlanda. Romae.

Singulis dominicis diebus prodit, scripta maximi momenti, que sive in praecipuis commentariis, sive in libris vulgaruntur, accurassime referens.

Index rerum an. X, vol. XX, n. 18: L'industria dell'alimentazione: La carne (*Revue Encyclopédique Larousse*) - La letteratura islandese (*Die Zeit*) - Le pensioni per la vecchiaia in Inghilterra (*The Westminster Review*) - I delitti anarchici, la bastonatura e la stampa (*Preussische Jahrbücher*) - L'anatomia patologica nel secolo XIX (*Die Umschau*) - Una campagna presidenziale negli Stati Uniti (*Revue des Deux Mondes*) - L'importanza nazionale delle borse (*Die Nation*) - L'imperialismo e la religione cristiana (*The North American Review*) - La formazione della gran-

dine (*Revue Scientifique*) - L'ufficio commerciale delle Repubbliche americane (*The Forum*) - Sommari, spigolature, etc.

Nuntius Romanus. Romae.

L'Oriente Serafico. Commentarius editus cura fr. Minorum S. Mariae Angelorum ad Assisium.

L'Osservatore Cattolico. Diarium Mediolanense.

La Ricreazione. Commentarius bis in mense editus Tergeste.

Rivista Internazionale di scienze sociali e discipline ausiliarie. Semel in mense prodit Romae.

Rivista politica e letteraria. Semel in mense prodit Romae.

Index rerum an. IV, vol. XII, fasc. III: La muraglia ideale (XXX) - Via Lucis (*C. Virvaria*) - Il governo degli ottimi (*G. Trespiolci*) - Il problema del dazio consumo (*A. Chialvo*) - Friedrich Nietzsche (*P. Orano*) - Il teatro cinese (*G. Sinimberghi*) - Un attentato a Napoleone (*F. Rubini*) - Il secondo Confucio (*G. Natali*) - Rassegna economica e finanziaria (*A. Monzilli*).

Rivista di storia antica e scienze affini. Messanae.

Il Santuario di Caravaggio. Caravagii ad Bergomum.

La scuola secondaria italiana. Singulis hebdomadis prodit Medioli.

Index rerum an. V, n. 2: Della dispensa dagli esami nelle scuole secondarie (*Prof. P. Rasi*) - Dalla Capitale (*Nemo quisquam*) - Un ministro suicida? - L'esempio - Le frazioni dell'ingegno e del sapere - Aumento di tasse scolastiche? - Il programma del rettore d'un convitto - L'ordinamento scolastico e il « Sermone intellettuale » (*G. M.*) - Il Congresso di educazione fisica a Parigi, etc.

Valle di Pompei. Commentarius editus ad solamen puerorum, qui, cum parentes habeant in vincula coniectos, hospitio ad Pompeios accepti sunt.

La vera Roma. Singulis hebdomadis prodit Romae.

La Vita internazionale. Bis in mense prolit Medioli.

Index rerum an. III, n. 20: Non uccidere! (*L. Tolstoi*) - Vecchie zitelle (*Neera*) - Federico Nietzsche e l'avvenire delle sue idee (*E. Zoccoli*) - La recitazione nel secolo XIX (*R. Sacchetti*) - Malinconie d'autunno (*E. Fabietti*) - L'arte italiana all'Esposizione di Parigi (*A. Cervesato*) - L'origine e la fisiologia di un'anatomia (*Fr. De Luca*) - La stampa francese negli ultimi cento anni (*A. H. Becker*) - Impressioni della campagna presidenziale in America (*F. Ferrero*) - Note di letteratura, politico-sociali, scientifiche; Bibliografia, etc.

Vita Nova. Ephemeris, cura Societatis iuvenum athenaeorum studiis vacantium. Neapoli.

Vittoria Colonna. Commentarius ad Italas mulieres. Bis in mense prodit Neapoli.

Index rerum an. X, n. 20: Sull'albo di una giovinetta (*M. Albini Crosta*) - Nell'anfiteatro (*E. da Persico*) - Drammi intimi (*A. Soderini*) - Cineserie (*L. de Maria*) - Virtù resistente (*Biancospino*) - Notizie - Rassegna bibliografica, etc.

Studien und Mittheilungen. Reigen.

Obnova. V. Hradci Králové.

Vlast. V. Praze.

L'Association Catholique. Revue mensuelle des questions sociales et ouvrières. Lutetiae Parisiorum.

La Papauté et les Peuples. Revue internationale des sciences sociales, d'histoire et de droit public chrétien. Lutetiae Parisiorum.

La petite Revue Internationale. Singulis hebdomadis prodit Lutetiae Parisiorum.

Bulletin Bibliographique internat. Bruxelles

Revue Bibliographique Belge. Bruxelles.

Revue Neo-Scolastique. Lovanii.

Boletin-Revista de la juventud católica de Valencia.

La Crux. Madriti.

El Eco Franciscano. Santiago.

Revista Católica de las cuestiones sociales. Madriti.

Revista crítica de historia y literatura españolas, portuguesas, é hispano-americanas. Madriti.

Revista Ecclesiástica. Valdoleti.

La Semana Católica. Madriti.

Amerikanski Slovenec. Tower.

L'Artisan. Revue mutualiste. Montreal(Canada).

La Semaine religieuse. Québec.

El Católico. Santiago de Cuba.

Der Herald des Glimbens. St. Luis Mo.

Diario de Centro America. Guatemala.

Johns Hopkins. University Circulars. Baltimore.

Katholischer Mesten. Dubuque.

The Messenger of the Sacred Heart. Neo-Eboraci (U. S. A.).

Niagara Index. Niagara University. N. Y.

Revue Ecclésiastique. Valleyfield in Canada.

The Review. Singulis hebdomadis editur Saint-Louis M. (U. S. A.).

The Rosary Magazine. Patrum a S. Domingo praeconium menstruum. Somerset (Ohio U. S. A.).

The Church Progress. St. Luis Mo.

The Tidings. Los Angeles, Cal.

Le Messager de Tahiti.

Our Alma Mater. St. Ignatius College. River-view, Sydney.

I-wen-lou et Revue scientifique. Zi-hai = Shang-hai.

PR
In Italia:
Lib. 15, M. 1

Q UEMADMODUM

idibus Novem
deat Vox Urbis in

praenunciare satis si

traordinariam ser

hoc die annum sub

est in Italia Lib. 10

(M. 12, Sch. 12, D

idemque recto trame

LEONORI equitem

sessorem et adminis

sandrina, 87 - co

subnotationis die a

II. Praemium sociis

esse sorti committend

quot summam libe

Denique socios on

ipsas idus Novembre

adeundo fatalem die

ticipes sese volunt, c

mittant; si enim ex d

sculum post illum die

ratio habebitur.

DE SOCIALI

N on semel, nec s

mentarium vidi

quaecumque pertrac

tempus sive secunda

Quapropter societ

plina optimo consili

atque Iosephi Toniol

admiratione summa

Iucundissimo itaque a

geram, quaeque qua

cialismi nova doctrin

viore, quo valeam, o

Et profecto insol

eiusmodi philosophia

rint, atque tum ex

ordine asseclas innu

sese pactis, lucrata fue

uti apud vestros ass

tumultuaris consiliis

populi ingenium, pa

causas inquirere pera

latas novas leges sp

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

MONITUM

QUEMADMODUM superiore anno peractum est, idibus Novembribus evulgabitur quid spondeat Vox Urbis in an. MCMI. Hodie id tantum praenunciare satis sit: I. Subnotationem illam extraordinariam servatam esse, qua quicunque ab hoc die annum subnotationis pretium solverit, quod est in Italia Lib. 10; ubique extra Italianam Lib. 15 (M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2) — idemque recto tramite miserit ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii Vox Urbis possessorem et administratorem, Romam — via Alessandrina, 87 — commentarium accipiet ab ipso subnotationis die ad expletum annum MCMI; II. Praemium sociis in proximum annum statutum esse sorti committendum, tot aureis nummis constans quot summam libellarum mille aequent.

Denique socios omnes et lectores memores volumus ipsas idus Novembres indictio Litterarum certamini adeundo fatalem diem futurum. Qui igitur rei participes sese volunt, current ut antea scriptum suum mittant; si enim ex diribitorii sigillo constiterit opusculum post illum diem traditum, nulla prorsus eius ratio habebitur.

v. n.

DE SOCIALISMO APUD DANOS

NON semel, nec sine gaudio, vestrum istum commentarium vidi, praeter litteras bonasque artes, quaecumque pertractanda suscepisse, quae praesens tempus sive secunda, sive adversa fortuna urgeant. Quapropter societatis humanae emendandae disciplina optimo consilio in honore apud vos habetur, atque Iosephi Toniolo nomine, quem virum universi admiratione summa prosequimur, optime gloriatur. Iucundissimo itaque animo invitantibus vobis morem geram, quaeque quantaque in Dania hac nostra socialismi nova doctrina potuerit atque efficerit, breviore, quo valeam, calamo referam.

Et profecto insolitum est quam propitia sibi fata eiusmodi philosophiae documenta apud nos invenerint, atque tum ex plebeio, tum ex nobili civium ordine assecelas innumeros, firmis sponzionibus inter se pactis, lucrata fuerint. Quae quidem sodalitia non, ut apud vestros assolent, turbulentis comitiis atque tumultuariis consiliis convenerunt, sed, prout fert populi ingenium, pacata concione ac tranquilla. Rei causas inquirere perarduum tamen est, atque si prolatas novas leges spectemus, fructus pariter paene

nulllos miramur; coetus enim ferendis legibus, qui in Dania coeunt, minimam prorsus operam ad rem publicam conferunt.

Christianus rex numero nonus, cum Friderico VII, primo sua gentis regi consobrino, in regno successit, infasto cum Borussis bello anno 1864 habitu strenue adstitit, cuique populi favorem non bellicat, virtute, sed miti etiam ac simplici vitae ratione adeptus est. Inde mira ipsi facilis cessit, ut rempublicam, quamvis suo tantum nutu, diu tamen moderaretur, popularibus oratoribus quasi sepositis, quos, prout libebat, aut in concionem advocabat, aut desides manere sinebat. Post bellum enim illud infelissimum, popularum legati, fracta animi virtute, pecuniam ad arma comparanda mutuari nullimode sanciebant, rati Daniam nunquam maximis Europae gentibus obsistere vi posse, neque cum minoribus bellum proxime futurum. Rex autem patriae libertatis tuendae cura incitatus, armis que essent instruenda temporaneis remedii comparabat, usque dum, rem publicam sexdecim per annos manu sua regens, metam, quam sibi proposuerat, assequutus est.

Verum uno eodemque tempore Danorum pecunaria conditio immutabatur; ingrata hactenus ac prope sterilis tellus, assidua opera feracissima fiebat; frugum cultura pro pastoritia arte derelicta, casei coagulandi industria adeo invaluit ut, enatis ad rem augendam sodalitiis, plurimi iam huiusmodi lacticinii fructus in Angliam efferrentur. Elatum inde modico tempore satorum pretium, parvaque praedia in dies statutis legibus multiplicata, ut latifundis protinus sublatis, acris singula colerentur. Aliae pariter leges prudentissime conditae sunt, ut culturae ars planior agricultoris evaderet, ut coloni, consumpto paulatim locationis pretio, arvorum dominium adipiscerentur; collegia inita, quae humilioribus dominis modico foenore pecuniam darent, unde et machinas et semina emerent; viarum undique novi tramites itemque aquarum foveae deducta. Quaeque immo mensae argenteriae ad parsimoniam promovendam inter tricies centena millia incolarum constituta sunt, supra quingentas usque excreverunt, quot vix habet Gallia, quae tercenta et ultra centena millia incolarum dimicatur. Item sodalitia atque collegia coeundi maxime vulgata voluntas, viaque, dum licita sit, cuivis ordinis libera, facultas, nullis approbationibus impedita, patet.

Omnibus autem his perpensis magis magisque insolitum videre est quam late apud nos doctrinæ convaluerint, quae opificum dominorumque relationes praecipue spectant. Sed diligentius inquirent rei causae complurimae innotescunt.

Iamque agrorum cultus, ex quo machinae vapore actae usuvenient in industrem manuum artem, immitatus est, iisque agriculturarum labori suffectis vilissimo pretio eorum opera locata. Artificum parvae artes eodem modo paulatim sublatae, cum fossilis carbo praecipue parvi venale esset; et linea confecta sunt, metallis liquandis cibani exstructi, opifices ad rem multiplicati, agri, etsi feracissimi, deserti,

mercedes humiliorum imminutae, mulieres una cum viris in opificia receptae, urbana plebs aucta quotidie.

His addenda animorum quaedam mollis desperatione, quae post infastum anni 1864 bellum irrepit, voluptatum excrescens quotidie cupiditas, simulque acclinis quaedam propensio ad peregrinorum doctrinæ, unde Brandès philosophi aliorumque documenta latè vulgata atque recepta fuerunt.

Itaque, anno 1871, cum Lassallè atque Marx assecles vix manipulus essent, libelli duo, alter de bonis omnibus publicandis, alter de gentium finibus abrogandis, per Dania urbem caput late diffusi, illum adeo auxerunt, ut foederis inter gentes ineundi coetus quidam, etsi secreto, constitutus inde fuerit, et hebdomadaria socialistarum ephemeras; dum Brandès in athenaeo docens suae sectae doctrinam discipulis explanat. Paulo post, coetus ille ultro sese in protulit, septingentorum usque sodalium nomina protulit, seseque Londinensem huiusmodi comitiis addixit.

Opificum desertiones haud paucae ex eo tempore exortae, quarum respublica aliquantulum commoveri visa est, eamque inter et operarios iure comitiorum exsoliati aemulatio gravissima inita: neque cum socialistarum tunc επιφεγγοί. Pius atque Gelappius, abactis secum communibus thesauris, aufugissent, satis est remissa.

Anno vero 1877 coetus Hafnia in urbe a septem millibus operariorum habitus, Bebel, Liebknecht aliisque e principibus moderantibus, foedus approbavit opificum omnium quotquot Germanica origine extarent, prout superiore anno Gotha in urbe decerni placuerat. Rogationes insuper quamplurimae ultro oblate: de sodalitiis ad operam mutuandam conferendamque, republica opitulante, condendis; de iure ferendi suffragia omnibus et singulis post vigesimum aetatis annum tribuendo; de populi iure ad bellum sive pacem directe indicandam; de nationis militia perennibus copiis sufficienda; de pueris publico aere erudiendis; de progrediente tributo statuendo, ceteris vectigalibus abrogatis; de laboris tempore contrahendo. Sed tamen comitia illa, ut aliquantulum desideria haec, quae seditione nimis cogitata videri poterant, attenuarent, opificumque conditionibus proprius consulenter, rogationem probarunt ut arva omnia et agri, quo maxime possent, publico aere emerentur, atque agricultoris et operariis aequo pretio locarentur; simulque ut opificibus opera deputatis immigratio in Kansas terras facilior fieret.

Vigebat itaque paulatim socialismus atque ad rempublicam moderandam accedebat, unde Estrap summum rerum administrum eiusque socios, qui tamdiu regi solute gubernanti adfuerant, e munere tandem expulit. Doctrinæ autem hae novae undique evulgabantur vel inter honestioris ordinis cives, diaconi cuiusdam, iis imbuti, ad triginta millia usque exemplaria per agros quoque quotidie effluabant. Quare anno 1888 novam rerum emendationem sibi suscipiendam sodales existimarent, nempe ut tenuio-

ribus dominis publice, parvo tributo imposito, pecunia datur, quo agrorum cultum augerent. Eodem anno, cum curiones in municipiis electi sunt, late victores socialistae e certamine discesserunt; tum vero quidam ex iis secesserunt a sociis, ut peculiarem factionem constituerent, quae bona omnium communicanda, Lafargue, Werner, Wilberger magistrorum iuxta sententiam, propugnarent; quae quidem divisio socialismus satis roboris in Dania habere plane evincit.

Reliquorum multitudo ita perrexit de mercedibus augendis, de laboris tempore minuendo, de opificibus, emeritis - ut ita dicam - stipendiis, alendis, multaque obtinuerunt, atque legatos quinque in popularium oratorum comitiis inter centum nunc habent. Orationes, disceptationes, coetus indesinenter congregantur libero quietoque animo, ita ut captiones, nullo obstante, perspectissimi sermonis formam accipiant; iam factio veluti acies ordinatur, pro variis artibus atque studiis distributa, quorum legati generale consilium deligit, unde moderatores omnium excipiuntur.

Desertio anno 1897 habita, qua triginta millia operariorum absque mercede ad tres menses manserunt, neque tamen reipublicae pax turbata est unquam, factionem huiusmodi, quo sibi aequiores metas proposuit, eo praevalida virtute praeditam esse satis aperuit.

Haec summatim, prouti otium et voluptas traxit, exposui; sed tamen tenue mei studii in vos documentum non ingratum vobis fore confido. Valete.

F. CODANIUS.

PRO MORTUIS...

REDIENS a Calendis Novembribus dies multa monet quoad eos, qui ex hac vita migrarunt; quos enim credimus in gloria sempiterna esse, et recte factis fortiterque patratis in laetitia non peritura versari, ii et antea fuerunt homines et humani hos agitavere casus iustos ac tenaces optimi propositi viros, et supremam obeunte horam conditionibus mortaliibus, haud aliter atque homines reliqui, tributum persolverunt. Docet utrumque Cicero caelesti, sit venia, illo opere, quod *de Legibus* inscribitur (lib. II). Qui enim Cicero dixerat populares deos esse multos, naturalem autem unum, deos autem huiusmodi insignibus ex beneficiis acceptis fuisse a populo constitutos, pro mortuis omnibus iubet: « Deorum Manium iura sancta sunt. Homines Ieto datos divos habento. Sumpitus in ollos luctumque removento ». Magna lex, sane quam brevis, neque multum discrepans ista constitutio religionum a legibus Numae, atque a moribus usque maiorum. Mos autem maiorum tum ut lex valebat. Quae quidem omnia iam pridem luce perfuderat inquietus: « Larum sedes, ritus familiae, patrumque servanto; divos et ollos, qui caelestes semper habit, colunto, et ollos, quos endo caelo merita vocaverint, Herculem, Liberum, Aesculapium, Castorem, Pollicem, Quirinum; ast olla, propter quae datur homini ascensus in caelum, Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earumque laudum delubra sunt ».

Quibus in memoriam revocatis, patet quamobrem sit cultus mortuis; persuasio enim inerat antiquis (qui, proximiores origine diis cum essent, a diis quasi traditam religionem tuebantur), persuasio inerat, inquam, omnium quidem animos esse immortales, sed fortium bonorumque divinos, quasi deos ipsos in animis eorum collocatos putarent. Hinc dum fortibus et bonis cultus adhibetur, cultus in Deum ipsum bonorum fortiumque conditorem refunditur; virtutes itaque

memoriae aeternae consecrare decet; impii autem, ac turpibus nullum dicare cultum, recordationem nullam licet, ne iustitiae, honestati, fidei, quae consensu omnium gentium maxima et maximi semper habitae sunt, contumeliam faciamus.

Quem igitur cultum Novembres Calendae rependunt puris et piis animabus ac bonis, non est pietatis nostrae blandientis officium, sed opus iuri debitum alieno, quo, dum eos colimus, dum persolvimus, liberarum; qui enim creditor, quamvis ultro libensque et sponte faciens, pecuniam solvit, is non officium praestat, sed iuri obtemperat sempiterno, quem homo creatus sit ad iustitiam exsequendam, quae constans et perpetua voluntas est ius suum cuique tribuendi; iustitia vero perpetua sit atque immortalis. Itaque (Ciceronem sequor) « siqui multa perniciose, multa pestifere sciscantur in populis, hi non magis nomen iustitiae et verae legis attingunt, quam si latrones aliqua suo concessu sanxissent; nam neque medicorum praecelta dici vere possunt, siqua inscii imperitique, pro salutaribus, mortifera conscripserint ».

Ceterum apparet eos iure sanctos fuisse appellatos, quibus et sancta fuissent iura; recte autem nos ab illis plura exspectare, quorum caritate tenebamur cum nobiscum peregrinarentur in terra. Nam, si proprius accedentes ad Deum quae sibi erant bona perfricant necesse est, ut illi convenient, ad quem ob conformatioinem habitus, operum, consiliorumque rapiuntur, caritatem erga liberos, amicos, patriam non demittent, sed augebunt, perfectamque et integrum quasi divina cumulatione complebunt; plenitudo enim legis dilectio est, nec integritas, nec virtus ulla, si caritatis expers fiet, in homine poterit unquam consistere. Hinc qui patriam ita vivens dilexit, ut pro illa labores, vitamque et sanguinem fuderit, a mortalibus conditionibus excedens patriam caritatem non modo servabit, sed vehementius, sed rectius diligit, et quasi genius regionis existens, iuvabit atque tuebitur. Qui parentibus, qui filiis, qui amicis prius fuit, hicne, Deo propior factus, impius fiet? Augebit virtutem, vehementius amabit. Itaque coram est qua de causa, apud maiores, Indigetes dii constituti sint, qua Lares, qua loci cuiusque Genius fuerit ab agello ad regiones, a mari ad fontem, a civitate ad hominem quempiam, praenunciaturus Philippum. Quos maiores nostri cum coluerunt ut deos, erraverunt a recto, unus quippe Deus est, cui ex visibilibus et invisibilibus omnia parent; at quid esset in re, id recte senserunt. Fuit proinde error in cultu, non in opinione mendacium. Neque enim haud perinde sacrae nos litterae commonefaciunt, dum docent esse suos angelos Persis, suos esse et Hebraeis. In quo diversitas igitur? In nomine, forsitan, in cultu certissime; adorationem enim quasi totidem diis tributam exsecrantur, et volentem exhibere coercent celebri monitu: « vide, ne feceris, conservus tuus sum ».

Hos intra fines,

Quos ultra citraque nequit consistere rectum,

mortuis cultus praestabatur, qui propiores accessere ad Deum integritate vitae, exercitatione virtutum. Siquis autem praestandum negaverit, sciat hic se non modo a veritate aberrare, sed etiam a sententia et consensu totius humani generis abhorrire. Quod vero qui faciat, ille erit imprudens et sui proditor et accusator, cum et se ab humana societate abdicet, et inter bestias recensemendum esse fateatur.

Quum autem non omnes homines ita excellere possint facinoribus patratis insignibus, ut, propriae saltem, in se gentis morientes ora convertant, quum

et plerique sint, qui aliquid terrenae labis et pulveris mortalem praetereunte vitam admittant, iure quaeritur quid sentendum de hisce sit, quibus impar cultus, impar et oblivio existimatur.

Antequam de iis quid singulae tradant gentes referamus, quid ratio ferat, quid iubeat, operae premium ducimus revocare. Hinc penitus ex horum numero dispungimus eos, qui vitii obruti humanam dignitatem prorsus amiserunt, seque pecudum suumque societati addixerunt, divinitatis pariter et humanitatis immemores. Peiores autem hisce credimus ac deteriores habendos, qui saevierunt, sive Neronis ritu sive Attilae fecerint, neque longe ab iis eos esse autumamus qui viduas, qui orphanos, qui pauperes oppresere, spoliarunt, qui usuris subverterunt familias, qui in nefaria pueros virginesque impulere, qui, exemplo in perniciem trahenti, felicitate improbae vitae atque impunitate scelerum respicientes indubitationem de iustitia numinum adegerunt. Nihil enim tam perniciosum in populis, quam perpetua felicitas improborum, unde illa atheorum vox: « Iniquorum prosperitas, horrenda Numinis accusatio ». His ergo neque reddatur cultus, quia Deo dissimiles, quia virtutis expertes imitandi non sunt, neque concedatur pietas, quia impii fuerunt, neque pietas impios decet, neque memorentur usquam et unquam, nisi ad execrationem et ignominiam.

Ad ceteros vero quod attinet, non modo laudabilis, sed debita pietas et benevolentia; non enim societas nostra cum illis abrupta est, sed manet semper, quam custodes quasi corporum simus nobis relictorum, cum demigraverint spiritu e terris, ac paene dimidium eorum apud nos habeamus.

Idque iuribus, idque usu, idque legibus cautum, et sepulcra sacra semper habita sunt, et deorum Manium iura sancta sunt. Hoc enim leges regiae retulerunt et servatum voluerunt, non quasi novum quid iusserint, sed ad sanciendum quod a maioribus traditum accepissent. Cuius facti reique exemplum amplissimum, et memoriam monumentaque historica longe antevertens, tunc etiam constitit, cum, circa dimidium saeculi huius, strata fuit pro curribus via per Albanos colles. Nam cum tofacea rupes, et late et pluribus alta metris solo incumbens, ferro et igne perrumperetur, apparuit sub ea ager, et cum agro ambusti vici reliquiae, et semiusta hominum ossa per casas iacentia passim, inter quae anus quaedam facilis agniti erat; at, quod solemne fuit, mox coram necropolis adstitit, in qua vici illius antiquissimi incolae sepeliebantur.

Atque haec omnia quosnam sibi vindicabant annos? Nempe eos, quibus Albani montes, perinde ac Vesuvius, ignes et cineres, et lapillos, et ardesias repente evomuerunt, atque usque ad Anienem ac Tiberim immania incendiorum suorum indicia compulere. Videtis igitur quid sit, quid ferat Marci Tullii verbum: « Ea, quae a maioribus prodicta est cum dominis, tum famulis posita in fundi, villaque conspectu religio Larum »; ac insuper: « Iurisconsultus Mutius pontifex (... de sacrificiis faciundis pro Manibus) mensem credo extremum anni, ut veteres Februarium, sic hic Decembrem sequebatur. Hostia autem maxima parentare pietatis adjunctum putabat. Iam tanta religio est sepulcrorum, ut extra sacra et gentem inferri, fas negent esse; idque apud maiores nostros A. Torquatus in gente Popillia iudicavit ». Ultra antiquitatem et saecula Etruscorum remeamus, si Albani montis, lacuumque Nemonium et Albanorum originem quaeramus; nam post incendia illa, post conflagrationem italicam, Etruria nomen accepit, eoque nomine dicta est,

quo « terra fert Etruria, retur; post Latium, fortia flammans, accepere nominis sexcentis polis illa, piecos ipsos Abrahami et cadavera, dela Aegyptia montem pietatem in modum fere humani g

Est ergo est pietas, una quidam sensus societatem nobis neque morte quae parentibus quae civibus, mis, quae longe traneis, quae huiusmodi: altisque cultus; a preces fundimus obaerati coram haec pietas. Illa est, quae in net, et qua licet quasi, soluta pe

Distulit in se
Quae quidem p est eodem in l scribens de sac placabantur, de monebat Cicero

Hic finis. N religione singulari dere decreverant quae notavi, c gerat religio, q cultum impenda piamina solemn

AL

Ex pluribus Apennini n exstat, quod ex Sc diens, post xx cl nomen Rassina, s iugi eminet Alver sisiatis artibus m

Tiberis ad ori flumina, hinc et ill mure medium flum

Nel crudo
Da Cris
Che le s

Hoc nomen trona, factum aut

Labra movet
Da mibi fall
Noctem pecca

(1) *Aeneid*, VI. c. XI. (4) *Epist.*

quo « terra tremens », « terra fumigans » (hoc enim fert Etruria, ac Tuscania, seu Thuscia) significatur; post conflagrationem illam nuncupatum est Latium, fortasse non a « latendo », sed a « lahati », « flammans, exardens », et cetera eiusmodi pariter accepere nomen, quae numerare longum tritumque nimis; sexcenta enim habentur. Albana ergo necropolis illa, pietas illa in mortuos, antiquitate Etruscos ipsos antiquissimos vincebat, et ne revocemus Abrahami et Isaaci et Iacobi condita magna cura cadavera, delatas religione summa reliquias, atque Aegyptia monumenta, hic inter Italos habemus, quod pietatem in mortuos exprimat, quod super usque sit ad hunc morem tuendum, probandumque ab ipso fere humani generis exordio communem.

Est ergo datus, daturque mortuis cultus, fuit et est pietas, una autem eademque utriusque causa, nempe quidam sensus intimus, qui vivos et monuit, et monet societatem nobis adhuc esse cum iis, qui decesserunt, neque morte eorum abrupta fuisse in vivis officia, quae parentibus, quae fratribus, quae consanguineis, quae civibus, quae maioribus debentur, quae proximis, quae longinquis, quae nostratis, quae vel extraneis, quae vel ignotis. Duplex autem officium huiusmodi: alterum ut meritis rependamus honores, isque cultus; alterum ut, quae bona patramus, quas preces fundimus, iis adscribantur ex mortuis, qui veluti obaerati coram aeterna Iustitia manent adhuc; atque haec pietas. Fundamen utriusque officii in societate illa est, quae inter viventes et extintos integra manet, et qua licet alii pro alio deprecari, et offerre, et quasi, soluta pecunia, e nexus debitorem liberare, qui

furo lactatus inani

Distulit in seram commissa piacula mortem (1).

Quae quidem pulcre, suo more, Vergilius complexus est eodem in libro (vv. 735 et seqq.); et Ovidius scribens de sacrificiis, quae mortuorum animae deo placabantur, deque die piaminum a fine anni, uti monebat Cicero, ad Februarium translata (2).

Hic finis. Nonnulla quae de moribus, quae de religione singulorum populorum erga mortuos addere decreveram, spatio prohibentur. Ex his vero, quae notavi, clare eluet quantum naturae morem gerat religio, quae Calendis Novembribus mortuis cultum impendat, quae postridie eius diei pro mortuis piamina solemnia praecipiat.

SENIOR.

ALVERNA MONS

Ex pluribus iisdemque diversis iugis, quae e continuis Apennini montibus, media Italia, diducuntur, unum exstat, quod ex Serrae Alpibus in Aretina provincia digrediens, post xx chilom. ad Arni ripam prope vicum, cui nomen Rassina, sese demittit. Ad medium circiter praedicti iugi eminent Alverna Mons, ob vulnra sancti Francisci Assisiatis artibus miris modis in eodem inusta celeberrimus.

Tiberis ad orientem, Arnus ad occidentem, duo magna flumina, hinc et illinc defluant, suarumque lympharum murum medium flumen recreare videntur. Ad rem Alighieri:

*Nel crudo sasso, infra Tevere ed Arno
Da Cristo prese l'ultimo sigillo,
Che le sue membra due anni portarno* (3).

Hoc nomen « Alverna » a dea Laverna, furum patrona, factum autem, Venusini verbis innixi:

*Labra movet metuens audiri: « Pulcra Laverna,
Da mihi fallere, da iusto sanctoque videri,
Noctem peccatis et fraudibus obitice nubem »* (4).

(1) Aeneid. VI, 568. (2) Fastor. lib. II, § 2. (3) Parad. c. XI. (4) Epist. XVI.

DE SANCTO AUGUSTINO DOCTORE

OB RELIQUIAS EIUS

E TEMPLO MAXIMO

IN AEDEM PETRI AP. PAPIENSEM

A CAELO AUREO

RESTITUTAS

Doctrinae laus et virtutum fama tuarum

Late, Magne Pater, nec peritura sonat.

*Sed mage dulce sonat Ticino in littore, fortis
Qua decus Insubriae docta Papia sedet.*

*Maior ibi auditur laudum concentus, ibi ardens
In te vividior pectora tangit amor.*

*Tuque urbem, laetis arctisque in rebus, amico
Respicis et recreas lumine, largus ope.*

*Excelsa ast hodie Superum de sede videris
Sumere cum populo gaudia sancta tuo.*

*Visus enim caelo splendescere laetior aureo,
Reddere et exuvias, ossaque sacra Petro.*

*Auspicium felix! Italae sic redditia genti
Alma reflorescat pax et avita fides.*

LEO PP. XIII.

Ob hoc SSmi D. N. epigramma novissime instauratum et ad *Vocem Urbis* ab ipso Summo Pontifice per R. P. D. Aloisium Triepi, suae domus Antistitem, missum, quod eius paginas decoraret, Commentarii moderatores grates habent et referunt maximas.

Hanc opinionem, quam libenter inter aniles fabulas puerulis enarrandas alii amendant, refert P. Franciscus Mauri, ex Ordine Fratrum Minorum, in sua Franciscidos lib. IX; ubi postquam, ea qua est elegantia, montem descripsit hisce carminibus:

*Stat capita attollens praeruptis ardua saxis
Undique mons, campis longe conspectus Etruscis;
Utilis umbrosis tantum mili saltibus, et, quae
Lanigerique greges nobis, armentaque late
Tendent, dumetis, herbisque virentibus aptus.
Exserit unda pater primo Tiberinus in auras
Fonte caput superans; qui postquam cornua fronti
Aparit gemina, et familiaribus auxerit undas
Annibus adscilis flavas, mox obvius austro,
Iliadae petit aurato sacra moenia cursu,
subiungit;*

*Hunc fama est, veteres olim, de more profano,
Praedonum, furumque deae sperasse Laverne.
Et primum horrenti luco tunc nomen ab illa
Fecisse, indigenum vulgus quod rite minorum
Servat adhuc.*

Haud multum distare a veritate videtur quod poeta cecinit, deae nempe Laverne lucum fuisse sacrum, quem et Romae apud portam, ex deae nomine, Lavernalem dictam, et lucum et templum habuerit, cuius cultores « Laverniones » dicerentur. Neque cultus huiusmodi in hoc monte deerat; noster enim sive id fando audiverit sive ex monumentis quoquo modo collegitur, prosequitur canens:


*Exin raptorum buc agmina suerunt
Magna coire simul, nigroque in culmine montis,*

*Solis inaccessis radis celebrare cavernas.
Ergo hic non laeti cantu, tenuique cicuta
Pastores mulcere greges, non carmine lites
Alternis miscere levas, non ponere ludos;
Sed spoliis tantum praedatrix turba cruentis,
Et convectalis simul exsultare rapinis.
Caedibus hinc, taboque atro, sanique tepebant
Speluncae horrentes, hominumque avulsa sub altis
Ilicibus semper pendebant ora, volucrum
Dirarum foedae rostris immanibus escae.*

Quidquid fuerit, constat hunc montem hospitium non quidem latronibus, qui rei vel vitae hominum insidunt, sed Francisci legiferi filii gratissimam sedem hodie praebere, qui contra pravos animi motus depuntes, regnum caelorum rapere contendunt.

Alverna mons a ceteris propinquis montibus disiungitur; et quamvis maris aequor amplius mille ducentis octo et sexaginta metris non excedat, longo tamen intervallo cernitur, atque veluti nigrum signum Apennino innixum appetat.

Sphaericam formam praesefert, diversis licet prominentiis, ad modum arcis, distinctam; ast nihil fortasse formam ipsius melius exprimit quam cometes, cuius caudam meridiem versus producatur. Re sane vera, rupe immanis, praerupta, saxis pendentibus horrida, quae ad ducenta metra in altitudinem sess extollit atque montem circumcingit, eiusdem nucleus, ut ita dicam, esformat, dum scopulosa lingua, patens in latitudinem m. circiter tercetta, et mille in longitudinem, caudam refert, ad cuius extremitatem iacet Clusium. Castrum hoc vetustissimum in potestatem olim fuit Orlandi Cattanii co-



Alvernae Montis prospectus. (Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

mitis, qui cum possideret ipsum Alvernani, ea qua erat benevolentia erga beatum Franciscum, huic ipsum dono dare constituit. Idem castrum, hominum potius quam temporum iniuria fere omnino dirutum, nomen haud exiguum nactum est; cum quia saepē sanctum Minorum Legiferum sovit hospitio, tum quia in eo Michael Angelus Bonarrotius ortum habuisse videtur.

Consulto dixi «videtur»; praetereundum enim non est vicum, cui nomen Caprese, in valle Tiberina, gloriam hanc Clusini invidisse, cuidam veteri documento innixum, quod Clusini commenticium affirmant. Quare de maximi huius viri ortu disputant inter se atque contendunt, sicut, ut de ceteris sileam, factum fuisse legimus de Homero, de quo Tullius in orat. pro Archia: «Homerum Colophonii civem esse dicunt suum; Chii suum vindicant; Salaminii repetunt; Smyrnae vero suum esse confirmant».

Montis superficies, quem describinus, est exiguis velut implexa montibus, suis quibusque valliculis, inter quas pluvius imber eousque decurrit, donec aut frequentibus, siue profundissimis cavernis absorbeatur, aut in unum denique collectus, in Rassinam torrentem ac deinde in Arnum sese effundat.

Quosdi ad immania saxa respicias, alia aliis incumbentia, rimosa, disrupta, vix humo inhaerentia, iisdem caelum plusse dices. Coecas voraginem fauces ubique cernis late hiantes, sinuosus flexibus horentes; quare nisi attentissime circumspectes, in praeceps fallente vestigio latibus, vix in frusta colligendus.

At quamquam solum axis implexum est, umbrosa tamen abies alto vertice caelum percilit; paula fagus late extendit cacumina; durum juvencit acer; pulcherrima fraxinus opimis ramis frondescit; quare dum ceteri, qui circumstant montes, nullam vel fere nullam arborem sustentant, Alverna Mons, arboribus undequaque consitus, omnium oculis ad se trahit, atque animum incredibili luciditate perfundit. Quin etiam eiusmodi est montis huius conspectus, ut ad meliora incitetur peregrinus, atque a Patribus Franciscalibus sidenter hospitium petat et contubernium, quod omnibus adventantibus, cuivis religione addictis, summa humanitate prebere consueverunt.

AEM. CRIVELLI.

ROMANI FORI EFFOSSES NOVISSIMAE

EFFOSSES, quae in Romano Foro, Iacobo Bonio architecto moderante; peragi pergunt, non sine felicitate inter Atrium Vestae templumque Castoris productae sunt. Arulam tertio adscriptam sacculo suum in locum contra Iuturnae puteal restituendam ipse curavit. Rudera veterum domorum, quae Iuturnae fontem circumstant, a terra paullatim, qua

cooperiebantur, exque fundamentis ecclesiae S. Mariae Liberatricis, quam effossores humis traverunt, emergunt.

Contra Iuturnae autem fontem aediculam quadratae urbis ad instar effectam detexerunt, cuius in centro fundamentum eminet, quod statuam ferme deferebat. Inter ruinas profecto, inferior muliebris marmoreae formae pars apparuit, nymphae Iuturnae quae forte imago fuit. Puteal vero ad quinque usque profunditatis brachia, Bonio curante, sedulo exploratum, vitrea vasculorum fragmenta exhibuit, vel testacea, necnon amphoras complurimas cuiusvis generis vel aetatis. Atqui architectus ille sui laboris sacraeque antiquitatis studiosissimus reddere nunc conatur fragmentorum figuram, praecipue amphorarum, quarum ope aquam sacri fontis maiores haurerunt.

Sed, quod maximum est, sacer ille fons ad nos usque integra forma servatur, quam in novissima instaurazione accepit. Abditus erat quidem in fundamentis S. Mariae Liberatricis atque adeo, ut inter tres maximos fundationis muros integer manserit atque intactus.

Templum autem Castoris inter et Iuturnae aedem - ita enim aediculam ad fontem erectam vocare iuvat - columnarum fragmenta, capita, bases, signorum rudera, ornamenta aedium marmorea, plurima inventa sunt, simulque murus quidam ad aedem erectus ex fragmentis cuiusvis aetatis male congestus, sive marmoreis sive lateritiis ex regum saeculis ad imperatorum usque dies. Nota vero prae ceteris dignum sepulcrum quarto saeculo exstructum humanis adhuc ossibus refertum, coronaque marmorea integra fere longitudine palmis eleganter insculpta, cum larvarum serie non interrupta consertis.


His vero proxima domus detecta est, quae ex inscriptionibus curato-

rum aquarum publicam sese sedem, seu proprie «stationem» fuisse testatur. Quarum quidem una in cippo insculpta, ut integris verbis referam, haec habet: DOMINO VICTORIOSISSIMO MAXIMIANO AUGUSTO POMPEIUS CATO V(ir) P(erfectissimus) RAT(ionalis) EIUS; altera: DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO ET PISSIMO MAXENTIO INVICTO ET PROVIDENTISSIMO SEMPER AUG(usto), MAN(lius) RUSTICIANUS V(ir) EM(inentissimus) PRAEfectus PRAEtorio, DEVOTUS N(umini) M(aiestati) Q(uo)ne E(ius). Tertia vero, quae potissimum ad rem facit, ita inscribitur: OPTIMO ET VENERABILI D(omin)o N(ostro) FL(avio) CONSTANTINO MAXIMO VICTORI PIO SEMPER AUG(usto) FL(avius) MAESIUS EGNATIUS LOLLIANUS V(ir) CL(arissimus) CURATOR AQUAR(um) ET MINIC(iae), D(evolutus) N(umini) M(aiestati) Q(uo)ne E(ius). Est autem cippi ad laevum latus dedicatio a Flavio ipso Lolliano peracta Ianuarino et Iusto consulibus, anno a. C. 328.

Sed domus omnis cubicula duo et ambulacrum exstant integra; in aula vero maiore, multis per parietes decora loculis, signorum fragmenta adhuc supersunt. Ad loculum, qui medius est, Aesculapii simulacrum capite obtruncatum, inxtaque cuiusdam Apollinei signi optimus torax, cuius etiam inventa sunt basis, pedes, et genua, laureusque truncus, cui Dei imago innixa effingebatur. His autem tertio addendum statuae Hygeae fragmentum: tria enim haec salutaria numina iuncta saepe in templis atque in larariis ad valetudinem sospitandam colebantur. Verum his repertis Bonius haud contentus, Iuturnae fontem, et superimpositas omnes stratasque humi pulveres accuratius perscrutari constituit, ut circa nigrum lapidem tam uberi fructu efficit, iamque rei manus admovit.

Effossiones item fieri pergunt apud Aemiliam basilicam, ut sive prioris, sive secundae aedis fines melius innotescant. Spectant hae aliquantulum atque attingunt Cloacae Maxiae disceptationem, cuius tritem ignotum, Bonium invenisse iam praedicant, longe devium ab eo qui hactenus Tarquinii regibus adscriptus est. Quin etiam dicunt et rostra vetera his diebus apparuissent.

Inter omnia forma altimetrika Romani Fori perfecta, opus curantibus praecipue iuvenibus e schola Romana architecturae. Mensurae autem hae habentur: Infima vallis pars in loco erat, quo ara Cae-



Patrum Franciscalium hospitium in Monte Alverna.

(Photographice expresserunt Fr. Alinari - Florentiae).

saris erecta
litus); sublim
Romae (metr.
(metr. 13,19)
et Viae Sacra
Amphiteatru

POPULAR

His diebus
mitiis a
mentionem a
praesens const
ctorum oculis
quibus recenti
cui subdantur,

Magnificen
sertim, iuxta c
protrahuntur.
rae tenorem t
cunt columnas
quarum praec
mine distincta,
ginta pedes to
quadratos pede
numerantur;
plurim chilon

Sic, qui ci
licet gravibus c
teneantur, hab
lutem vires re
ambulatione cu

CUINAM UF

QUOD

DELATUS es
gens, que
uti Carolini Pa
Christianos illiu
iterum retrahent
losophica quae
felicitate coniura
Sit huic igitur b
columnias et in
mingens in patr
tyrum sanctissim
taminat. Undena

Sit autem ve
simi, quod ille
vox in defenden
aliena videatur. C
pietas, qua salte
contendat unum
ratus infamia, c
ceptoris, ipsiusque
chans, foedissime
nuptias, nunqua
retur - magis e
innocentes tumu
lentes dicere, R
tantum scelus c
habendi essent.

Quid sit iud

Neronis iuss
Secundus (2) his

(1) U. BENIGN
F. Pustet, 1900.

(2) Hist. natur

seu proprie «statio
dem una in cippo
um, haec habet:
O AUGUSTO POM-
AT(ionalis) EIUS;
IMO ET PISSIMO
ISSIMO) SEMPER
v(ir) EM(inentissi-
matus n(umini)
que potissimum
o ET VENERABILI
NINO MAXIMO VI-
S) MAESIUS EGNA-
CURATOR AQUA-
minni) m(aestati)
daevum latus de-
acta Ianuarino et

et ambulacrum
iore, multis per
fragments adhuc
is est, Aesculapii
xataque cuiusdam
us etiam inventa
isque truncus, cui
autem tertio ad-
m: tria enim haec
tempis atque in
colebantur. Ve-
tentus, Iuturnae
stratasque humi
nstituit, ut circa
fficit, iamque rei

Aemilium basi-
medis fines melius
tulum atque at-
ionem, cuius tra-
iam praedicant,
arquinis regibus
et rostra vetera

omani Fori per-
venibus e schola
tem hae haben-
t, quo ara Cae-

saris erecta est (metrorum 12,622 super maris
litus); sublimior contra ad aediculam Veneris et
Romae (metr. 33,896); inter utramque lapis niger
(metr. 13,195) et Vestae templum (metr. 14,922),
et Viae Sacrae clivus (metr. 17,397), et Flavii
Amphiteatrum (metr. 23,909) eminent.

ROMANUS.

POPULARIUM ORATORUM AEDES LONDINI

His diebus diaria omnia de habitis in Anglia co-
mitiis ad novos populi oratores eligendos
mentionem assidue fecere. Nos itaque - ea enim
praesens consuetudo - et hunc morem gerentes, le-
ctorum oculis aedes illas Londinenses exhibemus, in
quibus recenti suffragio adlecti suum, vel alterius,
cui subdantur, locum occupabunt.

Magnificentissimae equidem sunt, ad flumen pae-
sertim, iuxta quod nongentos et quadraginta pedes
protrahuntur. Verum eumdem gothicæ architectu-
rae tenorem tam longe perductum ornamenta vin-
cunt columnæ, statuae, insculpti lapides, turres;
quarum praecipua, meridiem versus, Victoriae no-
mine distincta, in altitudinem trecentos et quadra-
ginta pedes tollit; solum autem septuaginta con-
quadratos pedes occupat. Aedium diaetae centenae
numerantur; mesaulæ denique inter se connexæ
plurium chilometr. summam conficiunt.

Sic, qui civium patroni in Anglia constituuntur,
licet gravibus oppressi curis in sua domo permanere
teneantur, habent tamen unde fractas in populi sa-
lutem vires reficiant, suamque valetudinem longa
ambulatione curent!

FORFEX.

CUINAM URBIS INCENDIUM TRIBUENDUM

QUOD NERONIANUM DICITUR

DELATUS est ad nos liber mole exiguus, veritate in-
gens, quem nuper U. Benigni Romae edidit (1),
uti Carolus Pascal reselleret, Neroniana mendacia in
Christianos illius temporis - undeviginti post saecula! -
iterum retrahentem. Lucidus in opere patet ordo, et phi-
losophica quaedam brevitas, quae stili cum facilitate et
felicitate coniurans legentes allicit, dum veritatem ostendit.
Sit huic igitur bona laus iure optimo debita non ferenti
calumnias et iniurias hominis, ceteroquin erudit, qui,
mingens in patrios cineres, fortissimorum sepulera mar-
tyrum sanctissimorumque virorum coeno et infamia con-
taminat. Undenam hoc?...

Sit autem venia mihi addituro argumentis viri doctissimi, quod ille, urgente hora, fortasse praeteriit, ac mea
vox in defendendis maioribus nec a re, nec a tempore
aliena videatur. Quod si Pascuum decuit illa in Neronem
pietas, qua saltem ab hoc incendiis criminis hunc vindicare
contendat unum - unum, inquam, qui, etsi tanta libe-
ratus infamia, cruentus tamen caede uxoris, fratri, praec-
ceptoris, ipsiusque matris, perque omnia saevissime bac-
chans, foedissime volutatus usque ad Pythagorae solemnies
nuptias, nunquam Augustis vel deterioribus compar fe-
retur - magis et longe magis me decet pietas, qua tot
innocentes tumuli silentio mutos, nec suam causam val-
entes dicere, Romano iure et lege defendam, quos ubi
tantum scelus obrueret, inter perditissimos perditissimi
habendi essent.

Quid sit iudicare, qui legitis.

Neronis iussu incensam dicunt Urbem 1º C. Plinius
Secundus (2) hisce verbis: «Eae (arbores quae ad domum

(1) U. BENIGNI, *I Cristiani e l'incendio di Roma*. - Romae,
F. Pustet, 1900.

(2) *Hist. natur.* lib. XVII, n. 1.

Crassi) fuere loti, patula ramorum opacitate lascivae, Ca-
cina Largo e proceribus crebro in juventa nostra eas in
domo sua ostentante. Duraverunt, quoniam et de longissi-
mo aeo arborum diximus, ad Neronis principis incendia,
quibus cremavit Urbem, annis CLXXX postea virides iuve-
nesque, ni princeps ille adcederasset etiam arborum mortem».

Quae etsi pauca et brevissima, satis erant superque,
cum de re cuius nota, et paucis annis post edita age-
retur, cui quidem revocandae in memoriam brevia illa
sufficiebant verba; fusius autem de Nerone ac per sin-
gula narrare et enucleare nec tempus postulabat, neque
facinori in sermone locus erat, in quo de longaevitatem
arborum agebatur. Nihilosecius bis de incendio loquitur
a Nerone in iis, quae praestantiori charactere notavimus.

Ista se legisse Pascal fatetur; at vel intelligi a se
negat, vel negat velle intelligere, quia Plinius, inquit, ea
narrabat quae populi sermone percreberant. Numquid,
quae nemo dicebat, ea narrare debuisse? Itane fas est
ignorare Plinius hunc, nobilissimis Romae postea mun-
ribus functum, Asinio Polione et Antistio Vetere natum


furiantia ac strepentia, aut, si rusticationis causa absens,
magnis itineribus, ut suis consulteret rebus, Romam re-
versus est.

Quapropter ego credo Plinius huius auctoritate expli-
canda atque explananda illa amici eius Cornelii Taciti
verba, quae hominem, in quem animadvertisimus, per
abrupta rapuerunt, quod minime mirum credo; hoc enim
saepè illis accidit, qui periodum a periodo separant, qui
integrum ante rei tractationem ab ipso scriptore, quem
interpretati sunt, non legerunt.

At cum hoc operae pretium sit, praestat Suetonii
testimonium referre, abducere testimonium Cassii; post
haec autem trademus Tacitum, honesto more, et vera
interpretatione.

Et Suetonius a Nerone narrat incensam Urbem.

Haec sunt autem verba Suetonii in Neronem (1):
«Quasi offensus deformitate veterum aedificiorum, et
angustis flexurisque viarum, incendit Urbem tam palam,
ut plerique consulares cubicularios eius, cum stupa tae-
daque in praediis suis deprehensos, non attigerint; et



Popularium oratorum aedes, Londini.

anno Chr. xxii, ac proinde secundum supra quadragi-
simum annum agere, dum illa Neroniana incendia, anno
Chr. LXIV, illuxerunt? Qui cum Romam inter pueritiam
ac praetextam venisset, factis Pomponio duce in Germania
stipendiis, postquam cum Pomponio magister equitum
triumphavit, inde in opus historicum incubuit ab Aufidio
Basso inchoatum, illudque ad annos Tiberii, additis uno
ac triginta libris, deduxit. Quae nisi Pascal penitus igno-
rasset, profecto nunquam scripsisset Plinius virum gra-
vissimum, inter patricios versatum, domi militiaeque cla-
rissimum, historicarum scriptorem rerum plebeculæ
inanes aucupatum fuisse rumores, et non historicam veri-
tatem. Et quoniam in tempore ista fecisse? Et quoniam
aetate Christianos capitali suspicionis criminis liberare
voluisse? Nempe ea aetate, illo tempore, quibus idololat-
rorum odio saevissimo Christiani tenebantur; et aetate,
illo tempore, quibus cum Iudeis (R. P. hostibus iudicatis,
proditoris cladiibus contra Romanos in Iudea patratis)
Christiani saepissime confundebantur. Quid feram ad
minuendum scriptoris crimen? Non fraudem, sed fraudis
conscientiam abesse dicam.

In Plinio insuper non modo historicum habemus te-
stem temporis, sed testem locorum. Quum enim Romæ
domum Neronianis temporibus haberet, aut incendia suis
respexit ab aedibus plus minusque propiora, et ubique

quaedam horrea, circa Domum Auream, quorum spatium
maxime desiderabat, ut bellicis machinis labefactata atque
inflammata sint, quod saxe muro constructa erant» (2).
Addit insuper: «Hoc (Nero) incendium e turri Moecc-
niana prospectans, laetusque flammæ, ut aiebat, pul-
critudine, οὐασιν Illi in illo scenico suo habitu decantavit». Neque hoc dedecbat hominem, qui, eodem referente
Suetonio, se facturum ista pollicitus erat. «Sed nec po-
pulo aut moenibus patriæ pepercit. Dicente quodam (Ne-
roni) in sermone communi illud Homericum: "Vix ego
decedam tellus miscebitur igne, — Immo — inquit (Nero) — me vivo, id fiet». Planeque ita fecit.

Haec ille Suetonius, qui maximis honoribus Romæ
auctus et in imperiali palatio versatus - vixit enim a
Domitianus ad Hadriani tempora - raptatos vidi in Am-
phiteatrum Christianos ad bestias, discriptos passim scor-
pionibus, flagellis, taedis pendentes ambustos, neque capte
plexos, nisi mille tormentorum per genera tracts prius.
Non illis tamen - et proh quanta temporis opportunitate,
quanto idololatrorum plausu fecisset! - incensae Urbis, sed
Neroni crimen adscribit. At quo in libro id adscribit?

(1) *Ner.* cap. 38.

(2) Auctor ille contra fert haeca horrea nihil esse praeter
informia rudera. Ita Suetonium interpretatur! O belliae ma-
chinae, quae perditis operam et vim aduersus rudera!...

Nempe in historico XII Augotorum, quem Gaio Septicio Caro, praetorii praefecto, dicavit, Gaio illi, a quo et increparetur et carperetur; stabant enim iudiciorum acta tabulaeque, stabant nuperrimae historiae, stabant adhuc superstites, qui de auctoribus incendi testimonium praebenter; Gaio illi, a quo vel plecteretur laesae maiestatis reus, accusantibus idololatria, si scelus illud immane a Christianis exosis in Neronem innocentem transtulisset. Nihil enim illo frequentius tempore quam comparatio in ore Christianorum et scriptis, qua incorruptam vitam suam, integrum, puramque sceleris cum obscenis, atrocibus, avarisque idololatrorum moribus triumphaliter cferabant.

Properea quod, evidencia facti sublimes, Tertulliani ad Scapulam verba (1) sibi vindicabant: « Pro tanta innocentia, pro tanta probitate, pro iustitia, pro pudicitia, pro fide, pro veritate, pro Deo vivo cremamur; quod nec sacrilegi, nec hostes publici, verum nec tot maiestatis rei pati solent... Crudelitas vestra, gloria nostra est ». Execut nunc nescio quis claudicans latinitatis interpres, qui ex integro Tertulliani contextu haec octo verba dispungens: « una nox pauculis facibus largiter ultiōnes (ita legendam puto, non: ultiōnis) posset operari », dicat instauranda incendia minari. Utique aliquid minaretur Tertullianus; at, vel si minaretur, hoc certe non esset idem ac fateri a Christianis Romanam fuisse combustam. Est autem huiusmodi integrum scriptum: « Quid tamen unquam denotasti tam consipratis, tam animatis ad mortem usque pro iniuria repensatum, quando vel una nox pauculis facibus largiter ultiōnes posset operari, si malum malo dispungi apud nos liceret? Sed absit ut aut igni humano vindicentur divina... aut doleat pati in quo probatur ». Atqui ex hoc non modo nullae minae, non modo nulla incendi confessio, sed clara et aperta innocentiae et patientiae manifestatio; vindictam enim ultiōnemque suam non igni humano, sed Deo credebant, qui fassus est iubens: « mihi vindictam, et ego retribuam ».

Quamquam quodnam vindictae, quodnam ultiōnis desiderium in Christianis poterat esse quando incendium erupit? Nemo persecutus eis, in pace ac tranquillitate vivebant a Tiberi temporibus ad Neronis aetatem, ac si quid aliqui ex ipsis grave fuit (ceterum non praeter exsilium ab Urbe), hoc tantum accidit quia Christiani iidem esse ac Iudei credebantur, et, horum more, asinimum colere caput, prout referunt Tacitus (2), Minutius Felix in *Octavio*, Tertullianus in *Apologeticō* adversus Gentes (3). Hinc, si qui Christiani ex Iudeis, Roma depulsi; qui alio orti genere, Romae manserunt. Cum igitur haec ita essent, qua de causa ineundum Christianis incendiū consilium? Nulla. Christianis immo grata erat atque opportuna Romana dominatio, quippe Iudaicæ persecutio rabiem ipsa in Iudea compescet. Ergone qui quotidie audiebant: « Estote... perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est, qui solem suum oriri facit super bonos et super malos, super iustos et super peccatores »; qui quotidie audiebant: « diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persecutibus et calumniis vos »; hi pro nullis malis mala, incendia, mortes Romanis dedissent?... Quod genus hominum singimus? Num illud quod ducentos et quinquaginta propemodum per annos nunquam in Romanam, in Augustos excanduit, quamvis cruciatus atrocissimis premeretur, et re familiari, libertate, exsilio, morte saevissime plecteretur? Itane historias perscrutamus?

At ad nostrum redeamus opus, notantes primum nihil nos de Dione Cassio referre, qui totus una cum Tacito et Suetonio et Plinio est.

Dii immortales! Cum Tacito!; cum illo Cornelio Tacito, qui reos incendi Christianos facit, aut saltem gravissimam in eos illati incendi suspicionem infert, immo.. Favete linguis! Nemo praestantius Tacito Christianos absolvit, Neronem dat reum. Si diversum quid ulli visum sit, hoc profecto non Tacito narranti tribuite. Demonstrabo.

G. P.

(1) Cap. 4. (2) Hist. lib. V, § 3 et 4. (3) § 16.

HORAE SUBSECIVAE

POMPEIANAE VALLIS MNEMOSYNON
NONIS OCT. MCM

ANNO XXV - AB INSIGNI B. M. VIRGINIS EFFIGIE - SUB
TITULO REGINAE SS. ROSARII - PIAE FIDELIUM VENERA-
TIONI - SOLEMNITER EXHIBITA. (1)

*Dum Jubilaei resonant solemnia festa
Hic, ubi diva Parens mira tropaea gerit,
Virginis Orator (2) Gusmani pignora Patris
Compellet nostro nomine, Praeco ferax.
Insignique Viro, qui sacras condidit aedes,
Templi et Praesidio fervida vota ferat;
Ut pia Virgo rosis, quas Gusman protulit orbi,
Presbyterum cingat Pontificisque caput.
Gusmani Floris gens cuncta trabatur odore;
Quaeque hic miramur proxima saecla canant.*

JOSEPH BROJA S. I.

PEREGRINATIONES IN ARCTON (3)

REM astronomicis physicisque legibus pererraturus, operaे pretium faciam ipsissimis ferme sententiis illa reddens, quae erudita femina Renooz fusiis in volumine illo explicavit, cui nomen dedit *La Force*, hoc est *Vis*, quodque, teste Wilfrido de Fonvielle, ad Andrée misit iter in Arctos agitatem oras. Haec autem totius erat libri summa: « Neminem posse Polo potiri, immo nec proprius accedere! Causas interscribebat enumerans, quibus id impossibile foret cuivis volenti; praecipuum tamen illam adstruebat, qua non exili tenuique Minerva ostendebat horribiles procellas illic furere, iugiter furere, quarum violentia quaque rapiantur, verranturque per auras. Quam ob rem aerovagum, cui se Andrée crediturus erat, abripiendum censebat, ac transferendum asportandumque non in alias orbis regiones, quas non quaerebat, si tamen ventorum rabiem vicisset, sed in deserta spacia interplanetaria, seu sideralia, longe ab ipso orbe terrarum.

Duplex autem demonstrationis locus. Alter magis astronomicum, alter physicum, sed sublunare ferebat. Primus huiusmodi. Tanta est lucis perniciitas, ut solares radii quovis momento temporis trecenta millia chilometrorum praetereant. Qui radii, ubi in solidum perpendicularares concidunt, celeritatem in calorem commutant, ac perinde torridae zonae terras incendunt; plus minusve obliqui eadem lege plus minusve praebent calor, prout maior vel minor pars eorum disperditur. At eorum potentia movens, dum nullo retenta obiice praeterlabitur polos, secum quaecunque rapiat necesse est. Hinc illic aeterna procella furians. Quinimo, cum illic supremas tantum aëris regiones fugiens radius attingat, turbinem in supremo aere perpetuum promit, ad quem ex imo in altum omnia, typhonum more, arripit, secumque per inanem fert. Qui vero scimus experimentis lamentabilibus quid typhones mari terraque possint - arbores namque eradicant et rapiunt, tectaque domorum evellunt et abstrahunt, naves ab ipso oceano absorbent attollentes et postea praecepites linquunt - facile conicere possumus illic aquas frigore concretas, et minitatum rupium ritu stantes crystallinas, proprio nomine

(1) Epigramma ex improviso dictum refectionis tempore in sacrae aedi hospitiu.

(2) Aderant illius ac revīus D. Henricus Marano, plus clarusque orator, R. P. Cecchini O. P., R. P. procurator generalis eiusdem Ordinis, pluresque conspicui sacerdotes.

(3) Cf. num. sup.

icefields appellatas, quassandas, divellendas, et rapidas fore, in solum postea caducas magna ruina. Hinc, erudita illa mulier aiebat: Ad Polum via nemini hominum patet, sive tentet aditum pedes in terra, sive tentet aditum aerovago in aere.

Alter autem locus omnino ex physicis est, et experientia quotidiano probatur, quamvis referatur caput in idem. Constat enim oriente sole quotidie excitari flamina ab oriente in occidentem iuxta impulsione et impetum radii solaris; constat circa meridiem ab occidente in orientem cieri. Primus ventus aperte radii solaris impulsioni debetur, alter aëri frigidiori, qui properat ad occupanda loca, meridiano sole rarefaciente aerem caloribus, semivacua, et ad restituendum aëri aequilibrium. Habemus igitur duos contrarios ventos, qui, si una eademque hora in locum concurrerent, typhonem gignerent; non autem gignunt, quia, dum subvolvit quotidiana rotatione orbis terrarum ea celeritate, ut quavis hora ultra nongenta passuum millia conficiat, stabilis procellae locus non est, in quem oppositi duo venti concurrent. At hoc in regionibus polaribus et circumpolaribus non habetur; nam idem locus et idem tempus perpetuum est. Hinc aerae iuges procellae et sine more furentes, hinc et ruinae.

Utraque vero argumenta facto firmantur; nam quo magis ab aequatoris regionibus in polos divertitur, eo frequentior et vehementior flat ventus, quem in zonis temperatis utrisque experimur. Hinc paces illae aequatoriales, veligeris invisae et perniciose navibus, in temperatis non habentur terra marique. Hinc igitur demonstratum est ventos saevire in glacialibus zonis.

At adversum utrumque assertur, lucem non emissione sed commotione oriri, tēu sonos; videlicet commotione aetherii fluidi, quod lux appellatur, sicuti sonus non oritur emissione athomorum et percussio metallo abeuntium ad aures, sed ex vibratione metalli, qua commovetur aer; commotiones autem non emissiones auris accipit. Quae quidem animadversio, magni quantis habenda sit, non tamen difficultatem absolvit, neque factum dissolvit; ut enim perspicuum est ex commotione aëris, puta circumtonante pyroballista, res propiores et fragiliae confringi, sicut vitra in fenestrīs, sicuti capillares venas in auribus militum pyroballistae ministrantium, ita ex commotione illa potentissima lucentis medii aer subvertitur ac perturbatur; atque eo magis quia non recta linea, sed undatione quadam lucis aetherium commovetur. Ergo, etsi diversus est modus motientis, tamen par est effectus in medio commoto. Quodsi aer in proportionē metalli vibrantis habetur, exemplo utor arithmeticō, $= 100 : 1$; lux in proportionē aëris commoti habetur $= 10 : 100$; atque ideo compos motus acrioris. Quid si addas impetum radiorum lucis (ex velocitate deducimus) comparatum violentiae sonitus esse $= 1000000 : 1$? Dum enim sonus momento temporis secundo metra tercenta vix tranat, eodem spatio temporis lux tercenta trahat chilometrorum millia.

Hinc, ubi Nansen propior factus est Polo, terrifica vidit illa portenta, quae dynamicus radiationis tangentialis motus in aere ciebat, quaeque turbans, commovens atque divellens impetu horribili, ac rapina irrefrenabili et irreducibili secum verrens et raptans rugitu procellarum multarum. Numquid cum hac procella turbinosa et verrente, sive ex luce sit, sive ex electride, sive ex magnetico fluido, sive ex tribus hisce coeuntibus et consertis, numquid, inquam, aliquid commune habet ille niger hiatus, illa abyssus arcana nullis illuminata sideribus, sed

atra aeternū
quitur circue
gradu 1,15
abyssum cav-

Quot et
innoscent?

Sed si

praebeo, quo
mens edit. Q
lico ritu, ut F
ex quo diffi
quaedam, qua
inter se iter
quadraginta p
victum comm
milites intra
navigium faci
bonis multa
tionibus alpin
nandum sunt
altera statio
ceterae. Hab
terrestrium i
quid, si terra
chalybe conf
facile compo
polaris perpe
mite. Quid si
et nostri de
nerunt? Ibi
giorum habet
(epitheto ut
Secchi Ange
retur attonitu
cliptica solen
constellationi
Producto aut
eunte mense
horas ad ung
bunt emensa
biles luna et
una incident
Horizontis fi
circuli paralle
tumeat. Qui
campus inge
circuli, cui
metris longa

Num, qu
rum terrae
causa tepe
omni pisci
et siqua lito
vernantia, r
auro, et ve
diderat, ac t
rare in Pol

En man
facinus, cui
spucci glo
plum, et l
horrenda c
sideralia sp
nostris par
euntibus c
est Colum
dentiam vir
compedibus
virum, a q
miror; Cr

divellendas, et radaucas magna ruina. Ad Polum via ne et aditum pedes in aere.

ex physicis est, et r, quamvis referatur riente sole quotidie accidentem iuxta im polaris; constat circa centem cieri. Primus lisioni debetur, alter occupanda loca, me caloribus, semivilibum. Habemus i, si una eademque phonem gignerent; subvoltur quotia celeritate, ut quam millia conficiat, in quem oppositi regionibus polaribus nam idem locus et c aerie iuges pro et ruinae.

to firmantur; nam

us in polos diver

r flat ventus, quem

rimur. Hinc paces

sae et perniciose

ur terra marique.

tos saevire in gla

, lucem non emis

sonos; videlicet

ux appellatur,

s homorum e

per sed ex vibratione

animotiones autem

quidem animad

, non tamen dif

solvit; uti enim

ris, puta circum

s et fragiliores

sicuti capillares

istae ministran

tissima lucentis

atque eo magis

e quadam lucis

versus est modus

medio commoto.

prantis habetur,

lux in propor

oo; atque ideo

is impetum ra

s) comparatum

i? Dum enim

nemra tercenta

x tercenta tra

atra aeternum spatiis in sideralibus una, cui obsequitur circuens illa nautis celeberrima stella polaris gradu 1,15 complectens at non attingens, quasi abyssum caveat?

Quot et quanta mysteria caeli patebunt ubi haec innotescerent?

Sed si tantus amor desertas noscere terras,

praecho, quod, opportune ut reor, cogitanti mihi mens edit. Quoniam in Polum bella movemus, bellico ritu, ut Polum subiiciamus, utamur. Ab eo loco, ex quo difficilis incipit iter, si terrae fuerint, arces quedam, quasi castella, muniantur ita dispositae, ut inter se iter unius diei, nempe inter triginta aut quadraginta passuum millia, vix distent. Ibi quae ad victum commodiora sunt reponantur, et custodes milites intra decem statuantur, quibus et ex chalybe navigium facile constituendum sit, et arma, et carbonis multa vis, vel ad biennium. Sic enim in stationibus alpinis nostris domus exstructae ad hibernandum sunt. Ubi longius progressus quis fuerit, altera statio exstructetur, sic tertia, sic quarta, sic ceterae. Habeboimus igitur quasi catenam stationum terrestrium in Polum quotannis procedentium. At quid, si terrae omnino postea defuerint? Navigia ex chalybe conficiantur, quae facile disiificantur, prout facile componantur; hae semestri illo vere et aestate polari perpetua in Polum excurrent ab ultimo limite. Quid si regale tectum ibi exstruatur, quo Cagni et nostri de *Polaris* navigio *Stellae* nautae pervenerunt? Ibi viatores nostri perfectissimum horologiorum habebunt. Quod si divinus ille Hipparchus (epitheto utor, quo de Hipparcho loquens olim Secchi Angelus usus est) reviviseret, ibi admiraretur attonitus triginta gradibus retrocessum ab ecliptica solem, qui, perente Martio mense, stellas constellationis, cui a Piscibus nomen, ingreditur. Producto autem in caelum angulo planispherii, in eunte mense Iunio, ubi incipit Aries duas notabunt horas ad unguem; praetervecto Tauro, sex adnotabunt emensas, atque per dimidium eclipticæ visibiles luna et planetæ semper coram habebunt prout una incident, dum revolvuntur et circumvehuntur. Horizontis fines describent siqua ardua sint montium circuli paralleli 89°, si Polus metris 785 tantummodo tumeat. Quid si omnia illuc aequa prout mare, prout campus ingens? Semper erit, qui scrutatur, in centro circuli, cui diametrum per lineam duodecim chilometris longam producatur.

Num, quia proximiores illuc centro orbis terrarum terrae sunt, Vesuvii frequentes? Num hac de causa tepentes undae, prout in illo Alaskæ lacu, omni piscium genere abundantes, et siquae insulae, et siqua litora, haec omnia interno aestu aeternum vernantia, referta herbis et arboribus et gemmis et auro, et venis argenti? Nemo in Alaska haec considerat, ac tamen reperta sunt. Quid vetat ea spe rare in Polaribus campis?...

En marinis nostris non indignum nec iniquum facinus, cui Christophori Columbi, cui Americi Vespucci gloria arridet, gloria quae posteris et exemplum, et lumen, et calcar est. Quanta iactabantur horrenda de illo Antipodom orbe! Qui lapsus in sideralia spatia navibus, emenso Oceano, qui litoribus nostris par esset! Sexcenti infusa ituris, sexcenti euntibus crudele carmen fatumque canebat. Ausus est Columbus, et exitus animum, fortitudinem, prudentiam viri, sapientiamque audentis probavit. Ferreis compedibus Europa, et carcere et inopia rependit virum, a quo dimidium orbis terrarum accepert. Non miror; Crux super Golgotha erecta praedicat quid

retribuant homines benefactoribus, piis et sanctissimis viris. Quis non iudicet inter Neronem et Petrum? Et Petrus tamen patibulo affigitur, dum Nero exsultat temulentus in solio.

Sed haec alias; quae nostra sunt referamus.

Ex iis, quae superius notavi, coram est quanti sit futurus nobis liber de hac nuperima in Arctos peregrinatione dicturus. Rumor vagus interea sibilat Aprutiorum ducem et Cagnum retulisse pedem depulsos ab incepto tempestatis ac turbinibus in narrabilibus. Omne punctum in hoc. Ubi vera sint haec, magnum pondus habent singula, quae Renozz praevidebit, praedixit, quasi laeva cornix, Andreio; sin minus, iterum tentanda via, iterum *maris aequor arandum*; nunquam dabitur tamen optatam contingere metam, nisi stationibus, quas constituendas diximus, per intervalla ad Polum usque productis.

Vincet iter durum satis prudentia maior.

At monuit olim Horatius:

Invidas alterius rebus macrescit opimus.

Idem et nunc humanum est genus, ut fuit! Extennuare gloriam nominis nostri nonnulli tentant. Terrore Cagni, inquieti, rediit. At qui canes, urgente fame, comedunt, satis indicant qua causa reversi sint. Securi et ascia muros gelu erectos aperuerunt, progressi sunt; patentes invenere campos glacie constratos, respersos nive dolosa, sub qua hiabant abyssi. Aberravit a recto itinere ad Polum decem circiter quovis gradu chilometris. Uno igitur et quadraginta chilometris a meta devius toto itinere fuit. Curnam hoc? Pyxis magnetica feffellit virum; quisque enim scit quot perturbationes in acum pixidis iniiciant proximitas Poli, aurorae boreales, soli matieres, praecipue si ferro imbuta, electridis flumen, quod cum magneticō societate inita, errores et fraudes subigunt in solo ignoto, sub dio illumi, coeco, nebuloso, ac procelloso, nullis circum lineis certis determinato terrarum ambitu, ignoto denique ac periculorum pleno, pleno sollicitudinum. Nihilosecius hic Italus heros, ducentibus fatis, quotidie triginta per chilometra ultra gradiebatur pedes, saepe, fidente nive, in gelidas ruens aquas, saepe obsitus glacie concrescente in muros, semper comitum potius quam sui sollicitus. Ita demum 86° et 33' constitit, et nomen patriæ redditurus celebravit vigesima quarta Aprilis mensis die, anno MCM.

Hoc unum restat itaque in votis, ut quantocius libro potiamur, qui narret omnia, omnia enucleat, commentatorum Caesaris aemulans, quod bellum referat, non in homines vi susceptum, sed adversus omnes caeli terraeque ruinas; non superbia dominacionis, non avaritia praedae, sed initum stimulante scientia, et sapientia et prudentia gestum. Munificus Aprutiorum ducis animus suadet, fore ut liber iste intra pecuniarias omnium vires futurus sit, quem lecturi cupidius et rogamus et expectamus.

Cerchiara in Calabria.

PETRUS ALEXANDER M. ROVITTI.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Arsenius Martinez Campos, senex ille utriusque militiae summus magister, princeps Senatus, cuius opera praecipua, nullo unquam labore victa, regalis praesens. Hispanica progenies regnum obtinuit, Matriti diem obiit supremum.

Eduardus Albert Bohemus, Vindobonae apoplexia corruptus, chirurgus, de sua arte scribens et pericula faciens immortale sibi nomen peperit.

Aloisius Ratisbonne poeta, Lutetiae Parisiorum vita functus, ob vulgatum in gallicam lingua Aligherii nostri visum merito est praesertim celebratus; quo opere praemia et honores consecutus est. Gallici Senatus a bibliotheca fuit.

Nicolas Koeloe, statuarius in Hungaria notissimus, sibi mortem misere consivit, vix trigesimum et nonum agens annum.

Riccardus Clarke in Oxoniensi athenaeo docebat, quum catholicam religionem est amplexatus et Societati Iesu nomen dedit. Inter aequales excelluit tum de litteris, tum de Christi religione controversias pertractans. *The Month* commentarius, quem ipse moderabatur, gratia et populari aura floruit.

Petrus Volkov, qui strenue ad Aigun pugnans vitam iuvenis admodum amisit, miles quamvis, in carmina, quibus unus ex optimis Russorum scriptoribus habitus est, animi sensus serenos compositosque iniecit. Cum in Siberia dux moraretur moribus illius gentis studuit, eosque perspicue scriptis reddidit.

Sinense martyrologium novis iisque pluribus nominibus auctum est, inter quae **Gregorii Grassi** episcopi Ortoniensis, et **Francisci Fogolla** episcopi Bagensis.

I. F.

COMMUNIA VITAE

Vinea, vindemiae, et quae propter (!).

SED ad patremfamilias in cella vinaria satagentem circa omnia redeamus. Hic itaque postquam omnia probe mundaverit, cavens tamen ne a ligno interiore cuparum «tartarum» abradatur, quod est quaedam crusta, ex adipi et sanguine vini, ut ita dicam, coalescens haerensque lapidea ligno, princeps et ipsa vini custos, «lignarium fabrum» adducat, qui singula, iuxta suae artis ritum, lustret, et siqua infirma firmet, siqua lapsa reficiat. Dein cupae interius exteriusque «picentur» glutine facto ex «tartaro et calce», ne mustum ubi infuderis, defluat. «Cupae» autem, seu «vegetes», seu «buttes», seu «ligneola dolia», uti tanto sint pares nomini, litra supra quingenta capiant; quae minor mole fuerint, ea «doliola», «bufones», «canthari», a triginta litris ad minus quingentis; «cupellae» quae a litro ad minus triginta appellantur; «lagena» apud nonnullos apertum vas, apud alios «cupella» triginta ad sexaginta litra continens, quae et «cadus» rectius vocatur; italicice *barile*, quod nomen ex urbe Bario in Apulia nostra factum putant; negotiosa enim urbs, vinique dives et venditrix iugiter fuit. Haec ubi ad nitorem purgata singula fuerint, fac ut ad vindemiam, quae sunt opus reliqua, parentur; nempe «corbulae», «quala», «sciri», «labra»; mundentur, sarciantur, sitque «labrum ingens» in promptu, purgatum pariter mundumque ad optimum, ut, si quid aduersi cadat, quae diffluere possunt e cupis, e lacu ipso, huic, pro tempore et ad tempus, quam celerrime credantur. Prisci nostri non utebantur ligno, sed lateritiis «amphoris», sed «urceis», sed «testis», sed «bithyniis cadis, cupisque», quae et adhuc vulgo «bettine, vettine», non abludente nomine, feruntur. Haec autem vino aptiora retinendo ac servando, tum etiam tutiora credo, si, cera vel pice oblinito operculo, recondantur, et arenæ infundiantur. Quid si muro perpetuo sapientur? Longe praestabunt. Nos cadis utimur vitreis, heu!, nimium caducis! Prisci aeternitati serviebant; nos temporis vix operibus nostris idonei sumus.

Ubi in cella vinaria quaeque in promptu fuerint... Ah me immemori!, qui «prelum», «torcular» praeterii! Trapetum ne dicatis oro; hic enim ad premendas oleas, non ad uvas, ad oleum, non ad mustum adhibetur. At hunc paterfamilias commendabit credetque tum lignario, tum ferrario fabro ut inspiciant, ac restaurent; ipse, si mathematica quid potuerit indeole, inspiciat quidem, at abstineat ab opere manus, ni sint callosae.

Recto igitur vineam pede petet, atque introibit, sequentibus eum feminis ac pueris potius quam viris, qui ingluviios nimium vites depopulant edentes. Habeant

(1) Cfr. num. sup.

singuli « corbes », et « scirpos », sive « canistra », bina singuli, ut sub vite ipsa racemos seligant, tum quoad colorem uvae, tum quoad speciem. Primumque « miscellae uvae » legantur ad « praeliganeum vinum », quod operarii bibant ubi tempus erit. « Arisellae » autem dicuntur quotquot uvae praecoces purpurantur ac nigrescant; non tamen in eodem « bothro » singuli « folliculi » eundem simul induunt colorem, sed sunt qui nigricant, qui purpurei, qui vel aliquid viride ostendunt, interior vero sapor omnibus idem, atque hic, aromate olente nullo, simpliciter dulcis. Quod uvae genus, quia prius maturescit, solent quidam praecidere, et « scopis » manu diligenter excussis, mustum in caldarium una conicere cum folliculis, et flammis imponere, ut ebulliat. Atque ubi ita ferbuerit et ebulliverit, ut quintam sui partem ebulliendo perdidatur, tunc in singula dolia, iam picata, oblinita, parata, pro magnitudine singulorum fervens et sumans hoc iuscum bacchicum, verbo parcite, infundit, et operculo dolii foramen opulent, ne vapor inde calorique evanescant. Hoc autem ritu fit, ut omne dolii lignum vapore, non tamen aquae, sed huius « musti » imbibatur, et quodammodo saginetur. Unde duplex utilitas; nam et minus vini infundendi lignum absorbet, et, quo siat modo nescio, attamen fit, interni doliorum parietes, vapore faciente, purpureo quodam tartaro florescent, quod vini custodiem praecipuum iam ab initio laudavimus. Solent nonnulli, ubi hoc mustum frigerit, scopas virgeas, ulmeas, aridas in « asserculo » alligare, et per foramen immissas ita quassare, ut iis latera interiora doliorum aspergine illa cocti musti rorentur, atque huius aliquid lateribus adhaerescat. Quod ego non video quid prosit, ac timeo ne potius obsit quam iuvet tartari florem lotione deferens, et avertens.

(Ad proximum numerum).

H. DE VECCHI PIERALICE.

ANNALES

Sinense bellum - Advelitationes in Transvaal - Mauritaniæ in ditionem Gallorum?

GALLORUM legio, quam, Baillaud duce moderante, Waldersee, qui foederatorum exercitu in Sinis praeest, ad Pao-ting-fu urbem occupandam miserat, citra spem citissime opus confecit. Sinenses enim milites, qui praesidio urbi erant, appropinquantibus Europæis, nulla armorum vi sese obstare posse rati, e loco cessere, tradideruntque moenia et oppida. Advenerunt autem post Gallos Anglorum, Italorum Germanorumque copiae, quae sua cuique praescripta munimenta occuparunt. Galli autem ferrearum vehum stationem, quae ad urbem est, ingredientes, ferreosque concidentes currus, exploratores undique deduxerunt. Moliebantur haec duces non tantum, ut nova urbe foederati milites potirentur, quam ut Sin-gan-fu ad urbem, imperi caput ex provincia Scien-si novissime constitutam, ubi imperialis aula omnis sese recepit, exercitus appropinquaret. Eam enim quam citius, immissis bipartito itinere legionibus, circumvenire se posse Waldersee dux arbitrabatur, sed, quod nullæ hostium virtus praepedit, id itineris diuturnitas et asperitas plus aequo morabitur; quapropter ipsum supremum ducem cogitare iam dicunt de hibernis sibi suisque Peckini inter moenia constituendis.

Huc immo praeter omnium opinionem rediit Russorum ipse legatus una cum schola legationis, qui iam ad Tien-tsin usque recesserant. Fallacem enim Sinensium animum et fidem Russi ipsi tandem aliquando recognoverunt, seseque, imperatoris iussu, sociarunt communibus legatorum consiliis, quae iuxta propositiones a Delcassé, Gallorum rerum ad exteriores administro, oblatas, concordia iam atque unanimia facta esse videntur. Quibus accessit nuper Anglos

inter et Germanos praecipuum sententiarum foedus, quod initum est potissimum, ut, dum criminum et seditionum culpae et poenae contra Sinenses, vindicantur, eorum tamen regiones omnes immunes ab Europæorum armis serventur, utque portum omnium commercia libera pariter et aperta cuvis populo maneant. Conventionem hanc Americanos quoque proxime accepturos, foederatis ceteris gratissimam futuram, initiumque pacis componendæ dicitant.

Sunt autem qui ferant sessiones non inauguras nisi constet prius, coram foederatorum legatis, auctores principesque seditionis debita poena esse percussos. Quod si id reapse agendum sit, haud proximam credimus belli finem.

Neque meliora spondent vicissim qui flagrant undique per meridionales regiones tumultus. Fuerant hae quidem unae a seditionum flammis hactenus immunes, sed ecce malesuada cladum scelerumque rabies et illos populos pervadit, ipsumque circa Canton portum incendia et clades patruntur. Dubium est autem utrum rebelles pugiles, qui talia audent, ab imperatoris legionibus oppugnentur, an contra utraque turba, iunctis viribus, ad horrenda crimina properet.

*

Krüger, Transvaalianæ, quae fuit, reipublicae praeses, in ultima senectute patriam omnino derelinquere fortasse coactus, in batavico navigio *Gelderland* Europam versus iam iter facit. Bellum autem, inter advelitationes et praelia quotidie innovata, indomita constantia pergit. Delarey, Botha, Dewet duces mobilibus legionibus regiones omnes percurunt. Iagersfontein urbem noctu ingressi Anglorum quosdam interficiunt; Methuen ducis copias, Zeerust versus properantes, quotidianis congressionibus plentunt. Quare ipse summus Anglorum dux Roberts, non modo redditum in patriam, quem proximum nunquam expeierant, omnino distulit, legionesque, quae missiōnem expeierant, dimittere noluit, sed nova iterum auxilia quaesivit, quae quidem ex Aldershot castris naves iam considererunt, Africam petentes. Tantus est adhuc in victorum animis patriæ libertatisque amor, ferreaque bellandi virtus ad mortem usque non fracta.

*

Sed nova iam imminere ex nordicis Africæ lithibus apud Mauritanos videntur. Galli enim qui contra incurrentes barbaros per deserti finem pugnabant eosque disiecerunt, legiones instruere dicuntur ad bellum diutius validiusque producendum. Exardescunt inde Mauritanorum irae, commovetur Europaearum gentium aemulatio, timentes pleraque ne Galli forte Mauritania terra potiantur: quapropter Germanorum naves dueae, *Charlotte* et *Moltke*, Tangier portum iam appulerunt ut munitiones et arma et tormenta bellica Mauritanis suppeditarent; ex quibus exoritura fata nemo fausta praevidet.

POPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Anglia municipum oratorum electiones peractae sunt: gubernantibus quae favebant suffragia vix quatuor numero aucta ex plebiscitu evaserunt. Nihilominus planum est, quae a rei publicae moderatoribus gesta hactenus et cauta sunt, præcipue de Africano bello, grata popularibus fuisse atque probata. Reginæ decretum ad idus usque Februarias utriusque coetus conventus distulit.

In Gallia statutum est apud summos reipublicae administratos ut tum Senatus, tum popularium oratorum comitia die sexta Novembbris, post occlusam omnium artium recensionem, iterum convenient. Quae tunc ro-

gationes primæ proponentur ludorum ad litteras conditio[n]es, sodalitatum iura, vestigialium onera spectabunt.

In Germania dies Novembris mensis decimaquarta pro comitiorum inauguratione indicta: haec inter Henlohe princeps, qui totius imperii cancellarii munus maxima cum laude hactenus gesserat, gravis anni sese munere abdicavit. Huius in locum de Bülow comes suffectus ab imperatore est, cuius electio, uti tradunt, non modo foederatis omnibus Germaniae civitatibus, sed et plerisque Europæ gentibus acceptissima fuit.

In Hungaria convenerunt iam iterum popularium oratorum simulque patriciorum comitia. Colomann Szell vir nobilis, qui administratorum coetui præest, Albinum Czaky præsidem et Ecnust qui vice fungatur in senatu præponendos curavit. Qui aerarium moderatur Dr. Lukacs summam expensarum pro anno 1901 exposuit, ex qua nullam esse amplius aeris alieni contrahendi necessitatem apparuit; id quod omnes laeto omne accepert.

In Iberia summis rerum administris munus abdicantibus reginae decreto delecti sunt: Azcarraga præfector militum, ut collegio præsits, Vadillo iustitiae reddenda, Campos ut res ad exterios, Ugaste ut domesticas res administrent, Garcia Alix ut publica studia provectat, Sanchez-Tora qui agrariam rem curet, Linares, præfector militum, ut bellicas res moderetur, Sorbas Solazoz denique, qui aerario invigilet.

SCRIBA.

AENIGMA

Quae *caput*, est eadem *pes*; inter *utramque* liquevit
Littera: sic numen thuris odore pio.

Addo *pedi cor*, ut dupli pars utraque constet

Litterula et simili: leniter amnis eo.

Nomine *diviso* fidus penetralia servo,

Si caput adiungas, *lector* amice, tuum.

At *fidei* praemittit caput: nec inutile sacris

Adsum; sin *nemoris*, sulphura flumen ago.

Sum, mibi, quam nosti divos placare, prætit si

Littera, cui nullus stat sonus, apta subus.

Haec absit; si prima *pedi capitique* præbit

Consona, tum certo tempore signo virum.

ALAFR. BARTOLI.

Ex sociis qui aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, gratis accipiet:

IN HODIERNUM PROGRESSUM

Carmen FRANCISCI XAVERII REUSS

in certamine poetico Hoeufftiano magna laude ornatum anno MCM.

Aenigmata ann. III, n. XVII proposita his respondent:

1) Os - iris. 2) Ver - sus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Ag. de Aguiar; Th. Lauferi, *Roma* - Ioannes Mediolanensis - Herm. Gini, *Taurini aquis* - Ios. Castelli, *Gandino* - Gui, Schenz, *Ratisbona* - A. De Jaer, *Pousset in Belgis* - Seminarium Campaniense ad *Salernum* - Ios. Crosatti, *Pelago Vallipanzenae in agro Veronensi* - Phil. Conconi, *Balneoli Sup.* - F. Szymaitis, *Opitoloki in Lithuania* - Ios. Wabner, *Varsavia Polon.* - Alois. Raineri, *Schipario* - St. Figielksi, *Rybin* - Prince Gordon, *Mancunio* - Ios. Wilhelm, *Battle in Anglia* - Fr. Perényi, *Jaszberény* - Vinc. Lakatos, *Kesthely* - E. Schütt, *Suechteléna* - Hild, Guepin, *S. Domingo de Silos ad Burgos* - Amed. Robert, *Marieville*; Aug. Robege, *Chicot*, in *Canada* - Aug. Zaboglio, *Novocomo* - Th. Vinas Sch. Piar, *Tarrega* - Car. Stegmüller, *Sabaria* - Cal. Empri, *Augusta Taurin.* - Petr. Garzone, *Pezzana ad Vercellas* - Ant. Schneider, *Monachia* - Fr. Salazar Sch. Piar, *Sabadelo* - A. Chevénement, *Nods* - Caes. Sokotowski; St. Sucheki, *Petropoli* - V. Hertel, *Mendhausen* - Ios. Rokoszny, *Sandomiria* - Aug. Narquet, *Monteloco* - Ioan. Cantono Ceva, *marchio, Ronco ad Bugellum* - D. Le Prevost, *Briocen* - Collegium S. I., *St. Andrae in Austria* - Alois. Capelli, *Senis*. - I. Aguilar, *Morelia* - R. Pancaro, *Consentia*.

Sortitus est præmium

ALOISIUS RAINERI,

ad quem missum est opus, cui titulus:

M. TULLII CICERONIS

ORATIO PRO REGE DEIOTARO

Curante A. CINQUINI.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE - Ex Officina Forzani et Socii.

rum ad litteras conditum onera spectabunt.
s mensis decimaquarta dicta: haec inter Ho-
perii cancellarii munus erat, gravis anni sese
de Bülow comes suffectio, uti tradunt, non
niae civitibus, sed et
issima fuit.
m iterum popularium
mitia. Colomann Szell
etui praest, Albinus
ce fungatur in senatu
moderatur Dr. Lu-
no 1901 exposuit, ex
en contrahendi neces-
eto omne accepunt.
nistris munus abdicant.
Azcarraga praefectus
iustitiae reddenda,
te ut domesticas res
ica studia provehat,
turet, Linares, prae-
retur, Sorbasi Solazoz
SCRIBA.

A
utramque liqueficit
ore pio.
utramque constet
nis eo.
ervo,
e, tuum.
utile sacris
flumen ago.
acare, praedit si
apta subus.
que praebit
signo virum.
LAFR. BARTOLI.
terpretationem ad
serint intra duos

GRESSUM
REUSS
ide ornatum anno MCM.

ita his respondent:
r - sus.

teri, Roma - Iohannes
- Ios. Castelli, Gan-
t, Pouset in Belgis -
Ios. Crosatti, Poiano
nconi, Balneoli Sup. -
s. Wabner, Varsavia
elski, Rypino - Prince
in Anglia - Fr. Pe-
ad Burgos - Amed.
, in Canada - Aug.
ar., Tarraga - Car.
Tauzin. - Petr. Gar-
Monachio - Fr. Sal-
ment, Nods - Caes.
ertel, Mendhausen -
Monteloco - Ioan.
u - D. Le Prevost,
ustria - Alois. Cap-
caro, Consentia.

IS
OTARO

iurisperitus.

Socii.

PER ORBEM

HAUD me fefellerat Mercurii flamen, qui viatorum tutamini providens deus studet, cum suaserat, postremi iuxta itineris finem, ut in aerem evolare, quo aduersa huius mundi fata seculo in loco effugere. Noverat enim numen commerciorum, quanta iam aquarum procella ultimis hisce autumnalibz shoris imminet, eamque me super nubes correptum beate et commode conspecturum, quasi ex Olympo promiserat. Tamque Zeppelinius, quem globum in opificio ad Constantiensem lacum sufficientem reliquimus, potuit redintegratis viribus aera persulcare, non, ut hactenus aeronautis contigerat, ventis arbitrio deditus, sed perit nautae gubernaculo ductus: frustraque sub volante Daedalo aquarum irae confremuerunt, ita ut tandem pacatae, immunita nautam in ripam descendenter admiratae fuerint.



Haec dum tentat Germanus et audet, Americanus aemulus contraria nolit et perficit, scaphamque suam ex spiso chalybe constructam ad Nerei usque ultimas sedes, oculis adhuc inviolatas, fortiter immittit Nescio equidem utrum aurea vellera ex profundo maris descendentes novo splendore allexerint, sed optime reor nomen scaphae impositum ab Argonautis, quos Latte dux audacissimus imitatus est una cum nautis pluribusque viae comitibus, ad triginta profunditatis pedes sese demergentes, atque iuxta carboniferum navigium paucis ante diebus aquis obrutum consistentes. Tunc duo nautae «scaphandrum» induentes in undas exierunt, aptisque fistulis aerem comprimentibus adhibitis, immense carbonis pondus terque quaterque ad aliam usque navem, quae eorum iter super undis comitabatur, evexere. Post quae, cum et altera rursus hora per maris tenebras navis obambulasset, ad superficiem tandem resupina reversa est, Bridgeport sinum tutissime appellens. Hoc vero in itinere nescio an eadem nautae celebraverint symposia, quae prima vice Latte ipse in profundum demersus, et in maris fundo consistens, mensamque parans, primus omnium hominum explevit. Cum enim navis ad uodosum lumen arctissime haesisset, propulsam fistulis aquam ex inferiore quodam cubiculo omnem expulit, locumque reliquit vacuum omnino et siccum et aere plenum, in quo Iapetus ille audacissimus, frusta fremente super capite mari, commessionem faceret.



Nihilominus in terra semper eadem curruum, vaporitraharam, electricarum vehum infortunia multa cum mercium iactura, multa saepe cum hominum clade. Misera vero et miseranda omnia, ne mecum contristemini, ego libens praetereo, at ridiculum quoddam ex Gallicis diariis de-
promptum facere non possum quin enarrerem, quod Jouy apud Versailles contigit. Mercium ferrea velles discurrebat, atque, ut in ferreo tra-
mite currus quosdam derelinqueret, sese exercens ibat, redibat. Inter hos motus atque exer-
citaciones ultimi repente currus in murum, qui locum saepiebat, percutiunt. Impetus murum diruit, binique postremi currus, fractis catenis, per ruinam prosilientes, viam Oberkampf invadunt, pertransiunt, arbores duas et telegraphicum ma-
lum vicissim evellunt, aedis denique cuiusdam ostium patens furiantes ingrediuntur, pilas ex utroque latere confringentes, usquedum, exhausta impetus vi, in atrio consistunt. Placuit autem superis vigilem illum qui fraena moderabatur

paulo ante e curribus descendisse ad vehum motus inspiciendo; quare nonnisi petrarum et arborum detrimenta complorantur.



Sed, ut paulo matuta canamus, Saalburgense Romanarum antiquitatum museum ad Homburg, Germanico Caesare auspice, his diebus inauguratū adeamus. Post curionis comptam orationem, adstante utraque ex parte patricia turba, hinc romanis palliata vestibus, inde germanis, canentibus super muri vertice classica hominibus vetustissimis armis indutis, dramatum actor, romana personatus tunica et toga, ecce prodit, atque Germanum imperatorem latinis auguralibus versibus salutat. Hymnum deinde latinum cantores recinunt, inscriptionemque a Theodoro Mommsenio compositam et aenea tabula insculptam quidam lector perlegit. Tunc Wilhelmus angularem lapidem ter malleo percutiens, ipse sua vice adloquutus est populum, aedificium sese dicare aens Friderici patris Manibus, atque iuvenibus Germanis ponere, qui ex Romanis documentis, quid fuerit universas gentes imperio regere viva veluti memoria erudiantur, et Germanica arma et vexilla et aquilas, non secus ac patres nostri, ita et ipsi nunc ad ultima orbis limina vicissim proferant.

His orationibus hisque ludis Arminii et Drusi et Vari hostiles umbras in communem sui imperii metam Germanus Caesar conciliat; sed quia Germanicos iuvenes ex corde diligit, ut caute atque suspenso procedant gradu monet, qui itinerum discrimina apprime callet,

VIATOR.

VARIA

Papilionum collegium.

Aedificium, quod celeber entomologus Watthins in Anglia, Eastbournum prope, papilionibus consecravit, lubet hoc nomine dicere, quamquam «papilionum civitas» aeque nuncupanda maneret. Non enim ibi papilio alimentares congeruntur, more Augustorum, qui Romae alibique pueros hujusmodi congregabant, sed vera papilionibus est urbs quasi data, in qua vivant liberi, alantur, suoque more et instinctu illa faciant, quae cuique sunt propria. Area est quatuor metrorum in quadro millibus late spatians, floridissimi amoennissimum horti ad instar, dives arborum, dives olentium bene plantarum, atque omnibus referta virescentibus herbis ac plantis, quibus iste multiplex et multifloris populus delectatur; immo ita, eoque in loco fundus dispositus, ut egregia temperataque in regione sit, ventis, quantum fieri potest, impervia. Circum et longe altius a quovis virente, quamvis proceri, metallicum rete protenditur, quo liber sit aeri aditus, liber luci, liber calori solis vivifico; libera vero sit minime via exire et pro lubito vagari cupientibus. Decies centena papilionum millia et ultra illic enumerantur inclusa, cuiusvis generis, et formae, et speciei. Quinimo et perrari ibi sunt, qui vix quinquaginta libellarum millibus singuli a domino venderentur. Hosce tamen, prout reliquos, entomologus herus venales habet, et vendit tum cupidus habendi apud se, si privati homines, et erudit, atque hac papilionari febri aestuentes, tum et museis, et zoologicis institutis, quae apud egregias urbes nostris temporibus perflorescant.

*

«Thé» ubi post Sinenses primum in usu.

Quum in Mongoliā a Moschis legatio de-
missa esset anno 1638, de publicis Russorum
negotis actura, haec in Russiam remigrans inter
cetera munera, quae Mongoliae arbiter (Kan) ad
Michaēlem Fedorovith, Moschorum Caesarem, re-
ferenda dederat, quatuor libras frondis the deduxit.
Placuit potio inde confecta Caesari, et, quia

Regis ad exemplum totus componitur orbis,
apud optimates Russos usus invaluit. Quod igitur
vix uno abhinc saeculo populare fuit apud omnes
Europae gentes, iam inde erat patriciis, diviti-
busque commune. In hanc potionem autem Russi
nunc ita sumendam intendunt, ut e mille et quadringentis
centenis millibus librarium frondis
huius, quas imperium Sinense singulo quoque
anno toto terrarum orbe divendit, nongenta cir-
citer centena librarium millia Russia una sibi
absumenda vindicet.

*

Chartaceae domus.

De his, ni fallor, aliiquid innuimus quod in
ieri esset; nunc quod est in factis. Moles char-
taceae materie ad cubi morem duorum vel trium
metrorum fiunt, quae, premenda paelo, satu-
rantur salino liquamine, quo inaccessibilis igni-
bus, atque, ut nullum animal rodat, antimicro-
bicis pharmacis imbuntur. Torculari constrictae
liniuntur demum unguine adiposo, quo linimento
omni's vis humida arceatur. Duabus de causis
utiliores lapideis probantur, nempe 1º quia le-
viiores; 2º quia suape natura cum glacie et a-
stui pariter sint inviae et repugnantes, aestate
frigidiores, hieme tepidiores fore censerunt.

*

Microbi in atramento.

Bacteria, bacilla, microbi, et siquod lugubrius,
in atramento, quo scribentes utimur, reperta sunt.
Haec adinvenit clarissimus physicus Marpmann,
Lipsiae civis, qui septem ac sexaginta atramen-
torum genera postquam examini et inquisitioni
chimicae subiecit, ita sententia censuit, perni-
ciosum pestiferumque fieri posse homini si ma-
num cuspidem qua scribimus pupugerit. Quae
autem atramenta, tum in scholis, tum in scrip-
toriis mensis habemus, quadam felicitate funesta
singularem bacteriis, microbique locum com-
moditatemque generationis praebent, atque inde
habenda sunt non modo morborum vehicula,
sed fontes. Suprema lex: Operculis atramentaria
claudantur. Dicam ego: — Cur ille pulvis atram-
ento non additur, cui sublimato nomen, quo
bacillorum omne genus exterminatur?

*

Ioci.

Monitum ad heredes.

Pecuniosus quidam, sed usuris homo sat in
Urbe notus, qui hac arte nefaria ingentes non
sibi sed suis paraverat opes, aedibus efferebatur
in Veranum. Tunc amicus, monumento perspecto,
sic heredi: — Consule tibi, sodes. — Ecur?
— Grave infortunium ingruit. Nisi enim tumu-
lum hoc deauraveris, iste domum thesaurumque
repetens redivivus expellet. — Faciam — inquit
hic — et quantocius; ubi enim redierit, saeva
expertus de restitutione disponet. — Ah! — re-
spondit amicus dignum avunculo noscens he-
redem; — si facturus haec fuerit, pro certo habe,
nunquam redibit!

P. d. V.

Desclée, Lefebvre & Soc.
ROMAE - Via S. Chiara, 20-21 - ROMAE
Nuperrime ediderunt opus, cui titulus:

T. C. PONZANI
ISPETTORE SCOLASTICO

I DOVERI DEGLI UOMINI

DI
SILVIO PELLICO
COMMENTATI ED ILLUSTRATI
CON POESIE, RACCONTI STORICI E PENSIERI MORALI
LIBRO DI LETTURA E DI PREMIO
PER GLI ISTITUTI D'EDUCAZIONE
E PER LE SCUOLE COMPLEMENTARI E DI PERFEZIONAMENTO
Volumen in-8 pag. 204 constans, ven. L. 2.50.

Nuperrime prodierunt ☺

CONSTITUTIONES LEONIS XIII
SUPER
IUBILEO UNIVERSALI ANNI MDCCCC

COLLECTA EDIDIT, QUIBUSDAM ADNOTATIONIBUS ADDITIS
IN COMMODUM PRAESERTIM CONFESSARIORUM

THOMAS ARIZZOLI
Missionarius Apostolicus Imperiali, S. Poenitentiariae officialis.

Ven. lib. 1

apud commentarii VOX URBIS Administratorem.

Pro sociis comm. Vox Urbis Lib. 0.50

T. G. Fratrum PARISI
CANDELARUM AD SACRA OPIFICIUM
PRAEMIIS INSIGNE
AB ANNO 1829 CONSTITUTUM

Romae in Italia, in Foro Campi Martii, 6

Singulis in artium
recognitionibus publi-
ce habitis maxima re-
lata munera.

LEO PP. XIII
honores addidit

Lateranensi Archi-
basilicae, itemque Va-
ticanae, quoties de Bea-
tificatione aut de Cano-
nizatione solemne sit,
suppediat,



Praecipua Tempa
cereis instruit ubique
terrarum. In Asiam,
Africam et urbem Con-
stantinopolim mittit
ingentia rerum huius-
modi pondera, pretio
francs 190 pro singulis
100 Chilogramm.

Si vero ab America
aut ab Australia petan-
tur onera (300 Chilo-
gramm. ad minimum),
pretium erit francs 225
pro 100 Chilogramm.

Nullo impendio iubentium
res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur


Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

* EDIDIT *



❖ ❖ Mnemosynon
Iubilaei Magni ❖

DIRIBITORIAE CHARTULAE INSTAR

AD FIDEM EXPRESSUM REFERENTIS

Solemne aperitionis Portae Sanctae

a Leone PP. XIII

die XXIV mens. Decembris MDCCCLC peractae.

Premium singulorum centum *ante solvendum* commentarii Vox URBIS administratori - Romae, via Alessandrina, 87 - est Lib. 3.50.

❖ Nullo impendio ad iubentis domicilium chartulae ipsae mittuntur. ❖